





2459.

1731,43  
28

DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
JVRIDICIALIS ECCLESIASTICA,  
DE  
**FORO CLERICORVM  
PROTESTANTIVM,  
CONSISTORIO, NON PRO-  
ROGABILI,**

QVAM EX DECRETO ET AVCTORITATE,  
INCLVTI, QVI LIPSIÆ VIGET,  
JCTORVM ORDINIS,

PRO ROSTRIS CONSVETIS, ABSQVE PRÆSIDE,

**AD SVPRE MOS IN VTROQVE  
JVRE HONORES, AC PRIVI-  
LEGIA DOCTORVM**

CAPESSENDA,

DEFENSVRVS EST

**Traugott THOMASIVS, LIPSIENS.**

DIE XVI. AVGVST. MDCCXXXI.

---

LIPSIÆ, LITTERIS BREITKOPFIL





DE

## FORO CLERICORVM PROTESTANTIVM, CONSISTORIO, NON PROROGABILI.

§. I.

**C**emadmodum secundum sententiam Xeno- Ob ordinem  
phantis in Oeconomico, nihil est aut pul- LL. & Pacta.  
chrius, aut ad usum commodius ordine,  
nihil contra aut aspectu sedius ac defor-  
mius, aut quod plura omnibus rebus ad-  
fert incommoda, confusione ac perturba-  
tione: ita ad reipublicz salutem ac incrementum tantum  
ponderis & momenti in ordine est situm, ut si quis eum su-  
stulerit, solem de mundo sustulisse videatur. Cum vero  
ad licentiam prioniores nos simus, sedula est adhibenda di-  
lignantia, ne perturbatis omnibus opus sua mole labatur;  
sed potius cives in ordinem redigantur; ad quod tamen nul-  
la alia rationes, quam pacta, inter aquales, & leges inter  
imperantes & subditos, conducunt. Id quod etiam sub ob Leges, in  
primis Christianismi incunabulis rite observatum est a Chri- primi seculis  
stianis, Imperatorum Ethanicorum Imperio nondum subje- a) Synodi,  
ctis, eo, quod necessitatem sibi impositam esse videbant,  
LL. conventionalium condendarum causa, cum quoad do-  
ctrinam publicam, tum quoad disciplinam ecclesiasticam  
conveniendi. (a) Atque cum Christiani Fora Gentilium b) Arbitri  
cane Episcopi.

(a) Hinc & quando in locum trus convocabat totam multitudi-  
Judae alias surrogandus erat, Pe- nem negotiumque ei committe-  
bat,

A 2

## *De foro clericorum protestantium,*

ne pejus ac angue fugerent aversarenturque, lites tamen controversiae inter hos ortae decidi definitive opus esset, piscopos ac Presbyteros adibant arbitrosque eligebant, ex illa alia ratione, quam quia maximam iis habebant fidem honorem per tot. tit. X. de Arbitris. (b) Postquam vero

hæc

ut, Act. I. 25. Et postquam deinceps necessitas postulabat, ut septem diaconi constituerentur, Apostoli hoc negotium ad totam ecclesiam pertinere credebant. Act. VI. 2. Lite de circumcisione idelium ex gentilibus orta, deliberationes non ab Apostolis & presbyteris desuper tantum instiebantur, sed præterea etiam in iherusalem ecclesia Hierosolymitana ad has admissa, & ejus nomine conlufum conceptum fuit. Act. XV. 1. seq. Tandem cum & excommunicatio, ex judaicis ecclesiis in Christianos cœtus esset introducta, quæ quandam jurisdictio- nis figuram & speciem habere videtur, illam tamen præpositi neutiquam sibi vindicabant, sed facile concedebant, ut a tota ecclesia exerceretur. Ita redarguit Paulus Corinthios & quidem non solos doctores, sed omnes, & totam ecclesiam, quod incolumis illum hande medio sustulerint. 1 Cor. V. 2. quem ut ejicerent proinde præcepit vers. ult. atque id ipsum quoque ad desiderium Pauli factum esse, patet ex 2 Cor. II. 7. &c. conf. Stryk Dipp. de Orig-

ne & usu Jurisdic. Eccl. C. I. §. 7. & Puffendorf Linleitung zur Historie. T. I. Cap. XII. vom Pabst. §. 10 sequ.

(b) Vivente salvatore nulla alia in usu fuerunt judicia, quæ jurisdictionem aliquam ecclesiæ propriam presupponerent. Christus ipse subjectum se potestatis civilis professus est, dum tributum solvit. Matth. XVII. 27. & postea ad judicium deductus secularis non exceptit de fori competentia. Joh. XIX. 11. Ipso Apostolorum tempore & paulo post pariores fuerunt Christiani in agitandis litibus & maxime dederunt operam, ne judicia subirent. Nec tamen evitari id tam circumspecte potuit semper, ut non existenter subinde ut sunt igitur hominum, qui judicio contendere maluerint, & foras gentilium proterve adierint: Id vero reprehendit Paulus 1 Cor. VI. 1. seq. Ex cuius confilio orti sunt in Ecclesia Christiana arbitri vel arbitratores, omni tamen jurisdictione destituti. Constitutis postea Episcopis & Presbyteris illi maxime eligebantur, a partibus arbitri vide hæc ap. Thomaj ad

am

### **Consistorio, non prorogabili.**

2

*Inde Origine Confistoriis*  
hæc cognitio Episcopalis ab Imperatoribus Christianis con-  
firmata ac corroborata Legibus publicis fuerat, fastusque  
ac ambitio Episcoporum plures causas, ut aquilo nubes, at-  
traxerat, *Audienzia Episcopalis & Confistorium suas acceperunt*  
natales. (c) Cumulatis enim successu temporis negotiis ec-

A 3 clefia-

*Lancellotus P. 3. p. 1210.* Quodsi itaque quedam lites fuerant orta inter fideles, maxime de causis civilibus, ex commendatione Pauli & Cor. VI. 5. seqq; invalidissime videtur, quod lites sive haud amplius ad ordinarios magistratus detulerint, sed quibusdam ex fratribus determinandas decidendisque commiserint. Inde autem nulla iurisdictio in ecclesia nata est. Fuerunt hæc arbitria, & compromissio interventionis lites decidebantur. Plerumque tamen lites ad Episcopos & presbyteros devolvebantur, quæ res ubi in consuetudinem abiit, tandem tribunalia Ecclesiastica orta, & per varia secula continuata sunt, uti plenius ostendit *Samuel Barnage Diff. de Ecclesiastico Tribunal.* Quia nō quod ipsi Imperatores hæc judicia episcopalia haud abrogaverunt, sed potius confirmarunt, uti constat ex Lege Theodosii, relata in c. 28 seq. C. II. q. 1. conf. cit. Diff. Stryckii l.c. §. 8. & Puffendorfis Einl. zur Hist. T. I. C. XII. vom Palst. §. 13. (c) Conf. Boehmeri *Juris Ecclesiastici* Prot. T. I. L. I. Tit. 31. §. 25. seqq. & T. III. *Dissert. Prælim.* §. 64. & 65.

*all. Disp. Stryckii qui §. 9. seq.  
inquit: In primo Seculo nulla  
fuit Episcopalis Jurisdictione. Ipsi  
enim Episcopi & Presbyteri nul-  
lam habuerunt inter se distinc-  
tionem, sed aequales fuerunt. Se-  
culo II. vero quedam figura judi-  
cii in ecclesia apparuit, cum Epi-  
scopi prerogativam insignem pre-  
Presbyteris acceperint, seque in al-  
tiorem gradum evexit, pau-  
latimque directionem negotiorum  
ecclesiasticorum ad se traxerint, &  
qua alias judicio totius Ecclesiae  
terminata fuerunt, fibinet adscri-  
perint. Seculo III. judicia Synoda-  
lia vim insignem habuerunt, & ab  
hoc tempore ordinaria *Consistoria*  
seu *judicia Ecclesiastica* fuisse vi-  
dentur. Non quidem erant haec  
*judicia statu & perpetua*, cum  
tales Synodi essent rariores, & ita  
non eam habebant rationem in  
omnibus, ut hodierna *Consisto-  
ria*. Verum hoc seculo quidam  
Episcopi in suis ecclesiis potesta-  
tem quandam politican affecta-  
runt, ut probabile sit, illos etiam  
in clerum & plebem reliquam ju-  
risdictionem in causis minoribus  
affectare. Testes allegas Origini-*

A 3

Печати

## 6 *De foro clericorum protestantium,*

cleristicis, breve tempore in immensum auctis negotiis, his pares non erant amplius Episcopi, sed causas quasdam aliis relinquere sese coactos videbant. Quare *Archidiaconis* causas leviores tradebant. Ex quo duplia orta sunt *judicia*, *suprema* nempe & *inferiora* etiam archidiaconalia vocata. Quippe quæ tamdiu durabant, quamdiu opes Episcoporum & superbia nondum adolescabant. Postea autem ad dignitatis fortunarumque fastigium evecti, cum causa majoris momenti amplificarentur, Episcopalem suam provinciam *Vicariis generalibus* sive *officialibus* circa Seculum XII. deferebant, adjunctis quibusdam assessoribus, qui totum Col-

nem Tr. 31. & 32. in Math. & Eusebium Lib. VII. c. 30. ex quibus constaret, causas majores quidem ad Synodos provinciales detulisse Episcopos, levioris vero momenti ad suam decisionem traxisse. Atque hoc ipsum ante CONSTANTINVM M. eo facilius fieri potuit, quia non ausi sunt, coram judge infidelis litigare, cum alioquin hæc prima quasi occasio esse foleret, eos gravissimis persecutionibus involvendi. Postquam vero Imperatores Christo nomen dederunt, pleniorem ecclesiæ quoque naœtæ sunt libertatem, & ita *judicia Ecclesiastica* ab Episcoporum nutu dependere vîa sunt. Denique ex nimia indulgentia ac conniventiâ CONSTANTINI M. evenit, ut *Judicia Ecclesiastica* Synodalia in Concilio Nicæno c. 5. cui ipse Constantinus præfuit, confirmata, & ita *jurisdictio Eccle-*

*sistica* lege certa Clero data fuerit. Atque hæc solennia judicia quidem obtinuerunt in causis majoribus, maxime hæreseos, & depositionum; sed causas minores clericorum Episcopi ad suum forum paulatim traxerunt, postquam 1) illis suprema directio in bona Ecclesiastica data, 2) reliqua cleris iis subiectus est, & 3) reliqua negotiorum Ecclesiasticorum determinatio ab eorum arbitrio dependere cœpit. Hic dominatus sacer peperit *jurisdictionem ecclesiasticam* etiam in singulis Episcopatibus, & cum Episcopi pari jure inter se frui vellent, mox alii alios iniuniciati, & sic tandem hæc structura reipublicæ ecclesiastice ad suum est deducta confirmationem &c. Origo Consistoriorum plena manu pertractatur a Thomaso ad Lancellotum. P. III. Lib. III. T. I. (1).

(d) Bochm.

Collegium seu Judicium constituebant. (d) Quibus *Officiis* ortum suum debet *Consistoriorum* constitutio. Fundabatur enim hoc judicium Seculo XIII. ab Episcopis dependens, ac jurisdictione in certas personas ac res pollens, a ceteris denique judiciis secularibus plane separatum. Et quia locus ille, ubi hi *Officiales* sedebant & jurisdictionem exercabant *Consistoriorum* vocabatur, totum hoc judicium nomine *Consistorii* veniebat. (e)

§. II

(d) Boëhm. c. I. L. i. Tit. 28. §. 3. hæc prolatæ confirmat, dicens: *Judicia Episcopalia seu ecclesiastica* invaluere circa decursum *Seculi III.* & post hæc tempora magis magisque stabilita, & Legibus canonibusque confirmata sunt. Ipse Laicorum causæ ad hæc judicia delatae sunt, ut docet *titulus C. de audienc. episc.* quamvis episcopi in his ad instar *arbitrorum* levato velo procederent, strepitumque forensem sepenerent. Hinc judiciis ipsius Episcopi antiquitus per plura secula præfuerere, donec archidiaconis causas levioris momenti delegarent, majoris vero momenti lue cognitioni reservarent. Cum vero seculo in primis XII, in tribunaliis ecclesiasticis episcoporum causa contrôverse secundum legum civilium modum exactius ponderari cerissent, & ita processus civilis his applicandus esset, præterea episcopi saepe abessent, & commodioris vitæ gratia se huic

onori subducerent, nec semper dīis, quæ processum respiciunt, satis instruti essent, denique archidiaconis, potestatem suam nimis extendentibus, tuto fidere non possent, sed magis de illis suppriedis cogitarent, observante Luca in theatr. verit. & just. Tom. VII. relat. jur. disc. 6. n. 2. Consistoriorum suis *officiales* hinc inde præfecerunt, & per eos omnem *juri dictiōnēm contentiōsam* explicuerunt. Unde jam Seculo XII. hinc inde hujusmodi *officialium* seu *vicariorū* sit mentio, observante Espenio. P. III. Jur. Eccl. Tit. 5. c. 1. m. 21. seqq. pleniū autem & in universum deum Seculo XII. introducti sunt in singulis episcopatibus, uti tot. t. de officio Vicarij in 6. docet. Thomassinus P. I. de vet. & nov. eccles. discipl. Lib. II. c. 8. §. 4 seq.

(e) Jure Romano Consistorium **S V M M V S C O N S E S S V S** appellatur, l.f. C. D. offic. divers. *jud.* aliisque locis **P R I N C I P I S** CON-

## 8 De foro clericorum protestantium,

### §. II.

Definitio  
Consistorio-  
rum.

Consistoria sunt iudicia, (a) a summo Principe vi supe-  
riori-

CONSISTORIVM; item SACRVM CONSISTORIVM usurpatur. Strichtius deinceps pro spirituali CVRIA EPISCOPI accipi cepit; Quam in sententiam Jure Romano EPISCOPALIS AUDIENTIA nuncupatur, l. 25. C.D. Episc. & Cler. t.t. C.D. episc. aud. EPISCOPALE JUDICIVM, eodem. Jure Canonico AUDITORIVM. Communiter appellatur CONSISTORIVM ECCLESIASTICVM. Germanis: Das Geistliche Gerichte, das Kirchen-Gerichte, nec non die OFFICIALEY, das OFFICIAL - Gerichte: In Anglia CVRIA CHRISTIANITATIS appellatur conf. Berg. Diff. Jur. Select. p. 829. & Bohn. Disp. de Foro Laic. Eccles. C. I. §. XXV.

(a) Genus hac in mea definitione constitui *Judicia*. Quemadmodum enim Principes boni ordinis causa & ut justitiae eo major ratio habeatur, quibusdam peculiaribus causis peculiaria judicia ordinare solent, cuius commatis sunt, *metallica*, *venatoria*, *salinaria*, *mercatoria*, *militaria*, *academica* & *feudalia*; ita etiam causis ecclesiasticis quæ hinc & inde tene extendunt, peculiare judi-

cium constituere pro lubitu pos-  
sunt. Dico Principem boni ordi-  
nis causa posse ejusmodi *judicia*  
*instituere*, non itaque necessarie  
debet. Falsum enim est, in omni  
regimine duos peculiares status.  
Sacerdotium nimirum & Imperiu-  
m, quorum quilibet suam singu-  
larem omnimodamque habet  
potestatem, existere oportere.  
Nam ab Ecclesia primitiva ad no-  
stra tempora non valet, sed inanis  
est consequentia, ideo, quod tunc  
temporis religio Christiana impe-  
rio subiici indigna judicabatur ab  
Imperatoribus: & quod in Répu-  
blica nondum constituta licuit, non  
etiam permisum est in Republica,  
quæ hoc ævo floret, optime con-  
stituta. Sed res nondum expedita  
est, sunt enim multi, qui novo  
objectionis aculeo nos conantur  
vulnerare, dicentes; sublata apud  
Protestantes potestate Episcoporum  
tollit ipsa debuisse Consistoria,  
eadem Jurisdictione, qua Ponti-  
ficatorum possunt, prædicta. At  
velim, ut omnes hic expendant  
sedulo, omnem mutationem esse  
periculofam, eo, quod ille, qui  
majora initio suscipit facile suc-  
cumbit, frustratur, facilis viribus  
fit imbecillior, qui vero a mi-  
nimis incipit, successive fit ali-

quando

## *Consistorio, non prorogabili.*

9

quando robustior, fidentior & melior quam ante fuit, ut jam & pars facile superet, & paulo maijora tutius aggrediatur. Immutabatur autem *Reformatione Lutheri* totus antea actus status, id quod non poterat non, attrahere maximum periculum, quod ut effugerent, non erat consilii summa iniis miscere, sed sensim ac pedetentim procedere. Prudentissima itaque ex sapientia hoc esse factum evidentissimum est ex his, ad quod adhuc accedit, quod illud, quod saluti & quieti Reipublicæ non obest, non sit e medio tolendum, sed conservandum potius, si magis Reipublica conducat. Sed quorundam hæc recito? ut scilicet effulgeat hujus veritatis lumen, qui Constitutionem Consistoriorum Protestantium inter reliquias papales referunt, quæ Principum juribus obicem poneant, ut ea, in usum plenissime deducere non possent. Idque his duobus argumentis confirmare sciunt. Primo, quia in effectu rempublicam in Rep. formarent Consistoria, ex quo principum auctoritas decreceret. Deinde, permanerent tamen & essent plane separata ac a reliqua Principum potestate disjuncta judicia, licet Principum nomine res suas expedire dicantur. Verum enim vero sciendum: Consistorium constitui a Principe, qua tali, non ab ecclesia, vel a Principe qua

Episcopo, ut statim post multis probaturus sum. Quocirca Respublica in republica formari, seu sacerdotium una cum imperio gubernaculis præsidere, auctoritasque Principis minui nunquam poterit. Porro Consistoria non sunt separata a Principum Potestate judicia, sed potius ab eo dependentia, id quod ex eo manifestatur satis; quia Principes, si volunt, causas Ecclesiasticas etiam judici seculari committunt, causas Ecclesiasticas perinde ut in aliis judiciis a Consistorio avocant, limites, & quænam causa ad illud referri, quænam seculari judici reservari debeant, præscribunt, Appellations denique a Consistoriis accipiunt. Quæ rationes certissimi sunt teste, Consistorium agnoscere superiorem Principem, iuri dictio nemque quam habet, non proprio, sed Principis nomine, & que ut alia a Principe constituta judicia exercere. Licet non sim in eo, ut putem Consistoria per se & absolute esse necessaria, quam potius certissime statuam, Principes, si vellet, ac reipublicæ conduceret, neque Lege publica vel pacto impedirentur, Consistoria abrogare posse, adeoque necessaria ea esse, fatior ex necessitate hypothetica, quatenus id suadentimo precipiunt Leges prudentia legislatoræ. Nam potest evenire, ut alia foramjam occupata sint fatis, ut maxima

B

xima

10      *De foro clericorum protestantium,*

rioritatis territorialis (b) constituta, ab eoque dependen-  
tia,

xima inde profluat utilitas, si Cle-  
ricis peculiare & speciale, instituatur tribunal. Possunt vero etiam  
status & civitates esse, ubi haec exu-  
lat doctrina, ut in civitatibus popu-  
laribus, Norimberga & Ham-  
burgo de quibus Struckius in not.  
ad Jus Ecc. Brum. L. 3. c. 1. cer-  
tiores nos facit, omnes has causas  
a senatu esse expedientias. Ab his  
tamen merito excipiendum est, si  
aliud quid LLbus Imperii publicis  
vel conventione cum statibus pro-  
vincialibus cautum sit, puta, ne  
Princeps catholicus subditis Pro-  
testantibus Consistorium quod an-  
no regulativo habuere, adimat,  
eorumque jura minuat, quale est  
Consistorium Hildesheimiense,  
ubi Episcopus Pontificis religioni  
addictus Consistorium Protestantum  
nullo modo tollere unquam  
valeat.

(b) Constituitur Consistorium  
ab eo qui jus summum circa sacra  
habet. Quod jus summum, cum  
*apud Pontificis Papa sibi attribuat*,  
constituantur quoque ab hoc Con-  
sistoria. At *apud Protestanter* Jus  
circa sacra pars est Superioritatis  
Territorialis; & quia haec Princi-  
pi competit, & hoc jus a Prince-  
pe exerceri debere necesse est, &  
quidem quia Principe, hoc est, quia  
haec Superioritate Territoriali est

praeditus. Magnus enim est Do-  
ctorum quorundam error; qui  
putant, quod *statu Imperii non  
tantum sunt Principes, sed & Epi-  
scopi*, adeoque duplex potestas &  
*secularis*, in Politia seu statu Politi-  
co, & Ecclesiastica, in Ecclesia  
seu statu sacro, in uno subjecto  
concurrat, ita ut jurisdictionem ec-  
clesiasticam, quatenus sunt Episco-  
pi exerceant in suis Territoriis  
Principes. Id quod tamen ex fal-  
so principio suam hanc originem,  
ac si tantum Episcopis seu  
Clericis competeteret Jurisdictionis  
Ecclesiastica, & ad eam exercean-  
dam incapaces essent Laici, qua ta-  
les, adeoque opus esset, ut Prin-  
cipes personam Episcoporum sim-  
ul repräsentent, sine qua potes-  
tas haec circa sacra administrari  
non posset. E contrario docent  
nos historiarum monumenta, o-  
mnia Ecclesia negotia ex Impera-  
torum & Principum nutu pepe-  
ndisse, illosque non ut Episcopos,  
sed ex supra sua potestate non  
solum ipsos, sed etiam per magi-  
stratus seculares hanc gessisse ju-  
risdictionem, nunquam statuen-  
tes, hanc tantum spectare ad Epi-  
scoposqua tales, ut docet lex 33.  
C. pr. de Episc. & Cler. Deinde  
causa DONATISTARVM pro-  
bat, in qua CONSTANTINVS.

M Imp.

## Confistorio, non prorogabili.

II

M. Imp. judges delegatos dedit, testibus Augustino Ep. 162. & Eusebio L. 10. Hist. Eccl. c. 7. Porro CONCILIA GENERALIA & PARTICULARIA indexerunt, praeserunt, vel praesides dederunt, decideruntque. Circa LITVRGICA DISPOSVERVNT, quod tot textus Cod. & Nov. ostendunt, & speciatim Nov. 137, liquidum reddit. Celebrationm FESTORVM adornarunt. LEGES DE SACRIS tulerunt, quod uterque Codex uberrime docet. EPISCOPOS CONSTITVERVNT, & Elec-tos confirmarunt. Ipsa ORIGO PALLII ex Imperatorum concessione dependet. Novos denique EPISCOPATVS ac ARCHIEPISCOPATVS instituerunt Nov. 131. Ut ipsa exempla, preprimis CAROLI M. qui in Saxonia quam plurimos erexit atque fundavit Episcopatus atque Archiepiscopatus, & PHILIPPI II. Romanorum Regis, qui anno 1198. Archiepiscopo Salzburgensi concessit, ut novum Episcopatum erigat, referente Henrico Canisio Tom. II. antiqu. select. p. 499. taceam atque omittam. PRINCIPES & STATVS IMPERII talia iura circa sacra etiam exercuisse, de HENRICO LEONE, ARNVLPHO Bavaria Duce & elii probat Boeckmerus in Disp. de Jure Episcop. Prince. Evang. §. 13. seq. & in Jure Eccl. Prot. L. 1. Tit. 31. §.

34. seqq. Principes BRVNNSVI-CENSES & LVNEBURGENSES in ditionibus suis exercuerunt iura primariarum precum, uti Diplomatico perspicuo ostendit Leibnitius Tom. II. script. Brunsvic. p. 397. DVCES SAXONIÆ iura precum publicarum sibi vindicarunt ante reformationem, uti rescripto GEORGII de anno 1509. docet Schilter in Inst. Jur. Can. L. 2. T. t. §. 16. (a) Idem exercuerunt iura reformati, quod illustri testimonio comprobatum dedit Schilter de Libert. Ecclef. Germ. L. 6. c. 7. §. 7. Nam anno 1446. WILHELMVS III. DVX SAX. ATQVE THVRINGIE cum statibus provincialibus Thuringiae diætam celebravit; ubi imprimis consultatio habita de reformatio-ne Cleri Thuringiaci & conserva-tione juris territorialis, de non e-vocando aut appellando, adversus pontificis Romani emissarios. Notum quoque est, quid dixerit DVX SAXONIÆ GEORGIVS, cum de Ballivia Thuringensi lis mo-veretur: SE ESSE IN SVA PROVINCIÆ, PONTIFICEM, ESSE IMPERATOREM, ESSE SVMMVM PER GERMANI-AM MAGISTRVM ORDINIS TEVTONICI. Quin & AN-TIQVI SAXONES arctissimis, hanc Pontificis potentiam, limitibus circumscripsere, uti ex Speculo Saxomico constat, quod Jus B 2 Saxon.



12 *Deforo clericorum protestantium,*

tia, (c) quibus data potestas est, de causis ecclesiastis

Saxonum Romanæ curiæ ea de causa maximo semper fuit offendiculo. Qui meis hic dictis non contentus est legere potest. *Adami Rechenbergii Disp. de Prærogativa Imperii Principis Protestantian. 1696. Lipsie habitam. Bohn Disp. de Laici Foro Ecclesiastico. Cap. I. Stryckii all. Disp. de L V D E W I G Disputatione de Præcipuo Principi Evangelici, ejusdem. De Principum S. R. J. Potestate in Sacris ante Pac. Religionis. & ejusdem Comment. ad A. B. Puffendorff. de habitu relig. ad vitam civil. Thomafum in vindic. Jur. majest. circa sacra. Conring de Majest. civil. auctor. circa sacra. Hugonem Grotium de Imper. sum. potest: circa sacra. & alios. Quare cum neque ad Clericorum neque ad Episcoporum numerum referendi sint Principes Protestantes, ineptum quoque esset potestatem in sacris arctissimis juris illius Episcopalis cancellis includere seu Principem vocare Episcopum, si quidem longe amplior sese extenit Principum nostrorum Superioritas Territorialis, quam Jura Episcopalia. Quin' imo profrus & penitus eliminanda est atque rejetienda distinctio inter principem qua talem & qua Episcopum, preprimitis eum ea status Ecclesiastici*

& Politici duplicitas pro mero commento sit habenda. Amplectenda potius sententia, status Imperii, quia summam habent potestatei Politicam, jurisdictionem exercere politicam. Adeoque circa utrumque objectum, Ecclesiastem nempe & Politiam, unum est Imperium, idemque quod ab una sola maiestate in Republica penderet, conf. *Hertius de Superior. Territ. §. XIII.* & *Boehmerus sepe cit. in Jur. Eccl. Prot. T.I. L.I. T. 31. §. 43. seqq.* Ita aperta ac manifesta sunt omnia, ut certe ea invitus repetam. Quia tamen hac labore Juris Publici & Canonici libri contaminati vere omnes, opera pretium esse arbitratus sum, eo rem reducere, ut nulla amplius opus sit divinatione:

(c) Dependere Consistoria etiam a PRINCIPE & non ab ECCLESIA exinde apparet, quia alias Ecclesia a se ipse dependere deberet, adeoque separatam Rem publicam constitueret, quod admittere nos nullo modo possumus; si vero ejus potestas dependet a summa potestate civili, tunc dici non potest, eam propriam habere jurisdictionem, sed eis tantum delegata, quae tamen imperium requirit. In quam sententiam it *Brunnemannus L. 3. J. Eccl. c. 1.*

§. 3.

cis (d) & personis (e) Domini territorii loco decernendi,

¶ 3. *Consistoria*, inquietus ordinantur in ecclesiis evangelicis a statibus Imperii, quibus iurisdictione ecclesiastica competit. Ecclesia enim, qua talis, non habet iurisdictionem & vim coactivam externam sed internam. Paulo post ita pergit clarius: *quia ius in sacra ad principes pertinet, ideo etiam iurisdictione a principibus & qui iura Principis habent, exercetur, & quidem per Consistoriales.* Quae si vera sunt, ut sunt verissima, ab eis qui superioritate territoriali non gaudent, ut est ecclesia, dependere nullo modo potest Jus Consistoria constituendi, sed Principes sunt qui jus suum circa sacra per Consistorium exercent. Exercent itaque Consistoria non propriam jurisdictionem, sed & que, ut alia constituta judicia omnia Principis nomine tractant. Dissentunt Carpzovius in *Consist. Jurisp. L. t. Def. ii. p. 14.* quem refutat Stryk in all. Disp. de Orig. & usu Jurisd. Eccl. C. 2. §. 2. 3 seq. & Weherus Theologus Halensis, in Tr. de Jur. Consist. L. 47. Sec. 1. cuius rationes parum ponderis habere docet Boëhm. in J. Eccl. Prot. T. 1. L. 1. Tit. 28. §. 19 seqq. Quemadmodum autem ex superioritate Territoriali fluit Jus, ordines & Leges de Religionis ritu & cere-

moniis promulgandi, in his cognoscendi, judicandi, mandata & penas statuendi, peculiariaque ea de causa constituendi judicia, limitesque eis praescribendi & definiendi, quae causae ad illareferri, & qua seculari judicio reservari debeant; ita si specifica determinatio de his deficit, recurendum est ad Jus Canonicum, eo, quod ad imaginem Consistoriorum Catholicorum nostra formata primitus fuere. Audianus *Mezium*, qui P. II. Decis. 134. ait: *Consistoria bodie successerunt in locum episcopalis judicii: unde que hujus olim fuerunt, illius facta creduntur, vi surrogationis.* Uti in hac specie inde argumentum in Germania ducimus, & que episcopalis jurisdictionis sunt, nisi ubi ex religione vel statu reipublicae diversa ratio apparat, consistoriis applicamus. Conf. Thomasi Disp. de Jure Princ. circa sepult. solennia §. 15. inf. & Boëm. all. J. Eccl. L. I. T. 28. §. 47 seqq.

(d) Longum esset recensere omnes species Caifarum Ecclesiasticarum, que ad Consistorium pertinent. Summam igitur tantum attingam divisionem, ubi distinguuntur ab aliis in *Spiritualis & Ecclesiasticas*, ab aliis in *mero Civiles*, in *mero Ecclesiasticas & mixtas*.

14 *De foro clericorum protestantium,*

*mixtas*, ab aliis denique in *spirituales*, *dependentes & mixtas*, & ab aliis aliter, quæ tamen omnes in re convenient, ut pertractatae leguntur apud *Stryck in all. Diff. C. 2. §. XII seqq.* apud *Bohn. in Diff. de Laici Foro Ecclesiastico C. 3. §. 4 seqq.* apud *Boëthmerum in Jur. Eccl. Prot. T. I. L. 2. T. 2. §. 3. seqq.* apud *Berger. in Diff. Jur. Select. p. 832.*

(e) Inter personas, in quas Consistorium rem habet, primum locum tenent Clerici omnis generis, & tota eorum familia, non tamen famuli, nisi quid aliter sit constitutum expresse. His succedunt servi Ecclesiarum dotales, c. 69. c. 12 q. 2. quia sunt portio ecclesie, agnæn claudunt Clerici minorum ordinum, ut sunt custodes, organici, ludimoderatores. *Laici* equidem interdum quoque Consistoriis subsunt, 1) quando sint actores contra Clericum, 2) in Reconventione, 3) quando rei, per prorogationem, aut ecclesiasticis, aut temporalibus, aut quæ mixti fori. Verum enim vero præcipua in presentiarum quæstio est de Clericis, quippe qui Consistoriis suis adscripti sunt. Et quia nos Protestantes bona possideudi Clericis facultatem concedimus, exceptio de his occurrit, quæ, ut recte intelligatur, ad actiones nos recipere oportet. Actiones sunt, vel *reales* vel *personales*. Reales sub-

dividuntur in *ecclesiasticas*, v. g. Decimiærum causa, & *seculares* v. g. de domo. Ulterior res Ecclesiastica sunt vel *mobilis*, v. g. sacculus sonans, vel *immobiles*, ut agri parochiales. & utroque casu actio coram Consistorio instituitur. *Seculares* actiones oriuntur, etiam vel ex *re mobili*, v. g. de emata vacca furto ablata, item vino. vel ex *re immobili*, v. g. ob servitutem, item ob prædium *posteriori casu* forum magistratus loci rei sitæ agnoscentur, priori etiam, si admittit res mobiles dici posse sitas, quod in Sax. El. receptum, alias actionem coram Consist. movebis. Progredior ad *actiones personales*, que vel ex *contractu*, vel delicto promanant. Illæ instituantur coram consistorio, v. g. ex mutuo, locato, emto. In his distinguendum, utrum delictum sit *ecclesiasticum*, v. g. de denegata absolutione, item de vehementia in usu Elenchitico & tunc ad Consistorium pertinet, an *seculare*, quo casu nova emergit dissimilatio inter *capitale*, v. g. ob adulterium, furtum, falsas monetas, & non *capitale*, v. g. ob injurias, stuprum. Hoc ad Consistorium spectat, illud vero Clerico degradato, habita ante causa cognitione, ad judicem secularem deferendum. Conf. *Hiligeri Diff. de Foro Clerici Delinquentis Boemiz. J. Eccl. Prot. I. c. §. 36 seqq.*

(f) No-

nendi, judicandi, & quandoque judicatum exequendi (f).

## §. III.

Cum igitur paragrapho precedentem *sub (e)* vidimus, quibus in causis Clerici huic Consistorio vel subsint, vel non, haud immerito quæstio volvitur: utrum in causis, in quibus Consistorio adscripti sunt, forum seculare pro libitu apprehendere queant, an vero in foro suo privilegiato acquiescere coacti sint. Cujus quæstionis ut ex fundo expisceris veritatem, & genuinum ejusdem sensum sine ullo verborum anfractu percipias, explicandum erit, quid sit prorogare Forum, & quid Clerici nomen sub se comprehendat. Quod *Quid sit prorogare forum?* ex intimis penetralibus ut desumam, repetendum erit. Forum esse locum judicii, a principe vi summa Territorialis Potestatis constitutum, quo jus suo nomine & auctoritate paribus litigantibus subministratur. Quia vero *Jus* in illis foris dicitur, sumitur ipsum vocabulum pro ipsa *Jurisdictione*. Quæ est apud nos jus, auctoritate Principis judici concessum, causas civium cognoscendi, easdem sententia lata dirimendi, & hanc denique contra inviros exequendi. Quare divisiones jurisdictionis etiam sunt applicandas Foro. Sed plures ut hic omittam distinctiones scopum nostrum haud attingentes, statim ad nostram progrediar, ubi jurisdictionis alia est *ordinaria*, alia *prorogata*; quam tamen alii ita tractant: ut jurisdictionis sit vel *propria* vel *aliena*, *propria* est, quam *judex ordinarius* exercet in suos subditos; *aliena*, quam *judex* exercet in non subditos, quæ subdividitur in mandata.

(f) Notum enim est, Consistoria deslitui brachio seculari ideoque non semper possunt judicata exequi. Qua de causa dicendum milii fuit: quandoque Interdum enim valent executionem facere secundum judicata, v.g. si clericus delinquens censuris ecclesiasticis, vel aliis poenis est afficiendus. Interdum vero tantam viam tantamque potestatem non habent, ut rite omnia exequi atque perficere judicata possent, v.g. si res manu militari auferenda est, &c.

16 *De foro clericorum protestantium,*

*Divisio.*

*mandatam*, quæ in non subditos ejusdem tamen Principis Territorii exerceatur, & prorogatam, quæ a judice exerceatur incompetente in non subditos etiam extraneos; idque vel consensu partium, quæ *conventionalis* vocatur, vel Legis dispositione, quæ *Legalis* audit. Ad conventionalem sine dubio requiritur consensus litigantium, vel *expressus* l. 8. ff. de Jurisdic<sup>t</sup>. vel *tacitus*, quando reus scienter item contetur, coram incompetente judice. (a) Est itaque prorogatio fori actus, quo quis judicem suum ordinarium defens

(a) Multi præterea sunt JCTorum, qui prorogationis usum in Germania exulare asserunt, & quidem ex ea ratione, quia LL. illæ, quibus prorogatio jurisditionis introducta, eo tempore latet fuerint, quo longe lateque populus ac Imperatores dominabant, & quo vel penes populum vel penes Imperatorem, omnis iurisdictio erat, ita ut magistratus illius temporis omnes non alio fine nisi tanquam instrumenta summae potestatis haberent, illique nihil nisi meri officiales Imperatoris essent, & quicquid unquam potestatis habebant, non suo sed Imperatoris nomine exercebant, & inde parum intercesset, utrum prorogatio fieret, an non, cum judex prorogatus perinde jurisditionem suam ab Imperatore vel populo Romano haberet. Hodie vero cum jurisditiones fere omnes patrimoniales esse cœperint, & proprio jure exercebantur. Magistratum quam maxi-

me interest, ne subditus ab alio judicetur, & ita scil. jurisditionem suam in eum amittant, & quæ sunt ejus generis plura. Sed quis prorogationem fori quam sapientissime evenire nescit licet contraria sententia, si cum grano salis accipitur, (scilicet de Territorii Statuum Imperii, non vero de status certi judicis,) vera permaneat. Cujus fundamentum in eo consistit, quod non facile discedendum sit a juris communis sanctionibus, nisi contrarium consuetudine vel nova Imperii lege appareat introducendum. Postquam enim semel jus Romanum in imperio nostro receptum; standum ejus placidis, etiam quoad prorogationem, donec mutatio probetur, & quamdiu contrarium non probatur, tamdiu pro observantia LL. stat presumptio, cum LL. semper loqui presumuntur, nec facile antiquentur. Quibus presuppositis nullus dubito afferere, quod & *hodie* aque valide

rens coram incompetente res suas pertractat. Mitto plura-  
ma, qua de prorogatione dici possent, ne mea in immensum  
excrescat disputatio, atque Clericos potius aliquantisper  
depingamus. Clerici nomine venit quidem in sacris literis  
universa Christianorum turba, neque soli tantum venerandi  
illi patres, qui gregem Christi sua cura ac fidei creditum  
sedulo pascunt. Sed postea invaluit distinctio inter Cleri-  
cos & Laicos, statum laicorum suppressimus, Clericorum  
vero ad summum ferme honoris fastigium extollens, Cleri-  
cis adnumerantes omnes illos, qui in *sacrum ecclesiae ministe-*  
*rium*

*Qui sibi Cle-  
rici.*

valide ac de J. Civili quis pacto al-  
terius jurisdictionem prorogare  
suique foro etiam invito judice or-  
dinario renunciare possit. Nec ali-  
enum a mea sententia credo fuisse  
Carpzovium, cura nusquam pro-  
rogationem prohibitam esse fla-  
tuat, sed tantum in foro nostro  
eam non frequentem esse, & rarissi-  
mum vel nunquam occurtere dicat  
*Process. T. 2. art. 1.n. 18.* Inducit  
me vero, ut hanc praे alii eligam  
sententiam, quod tacita illa fori re-  
nuntiatio, quam per reconvenio-  
nem induci dieunt, tam Jure *Com-*  
*muni*, quam *Saxonico* adhuc in vi-  
ridi sit obseruantia, hac saltem dif-  
ferentia intercedente, quod jure  
*Communi voluntatis, per auth.*  
*consequenter C. de sent. & inter.*  
*omni. judic.* Jure *Saxonico* vero ne-  
cessitatibus esse videatur. P. II. *Const.*  
7. & O.P.S.R. T. 6. §. 2. Et quid ma-  
gis frequentari in nostris videmus  
judiciis, quam retum, mota sibi li-  
te, actorem recenvenire, acto-

remque reconvenutum, ut reo co-  
ram judge, licet non suo, respon-  
deat, compelli. Quin imo si reus  
omissa fori exceptione incompe-  
tentis coram incompetente judge  
scienter item contestatur, proro-  
gata est tacite jurisdiction, L. 1. § 4.  
*C. de jurisd.* quod vero tacite pot-  
est, potest etiam expresse, quia taciti  
& expressi eadem vis inesse videtur  
I. 5. ff. si cert. pet. Conf. *StryckDifp.*  
*de licita Renunc. Fori Hodierna.*  
*Membr III. & U. M.L. 2. T. 1. §. 22.*  
*seqq.* Conventione porro proro-  
gari jurisdiction non potest, nisi ubi  
obtinet transactio, litigantes ideo  
de rebus suis disponendi habeant  
arbitrium necesse est, & ne in com-  
promissum abeat, is, in quem ju-  
risdictione prorogatur, jurisdictione  
jam praeditus sit, & quidem illa ju-  
risdictionis specie ad quam spectat  
causa prorogata, 2. 61. §. 1. de judic.  
adeoque causa ecclesiastica non  
possunt ad judicem civilem pro-  
rogari.

C

## 18 De foro clericorum protestantium,

*Divisio Cleri-  
corum.* rium recepti sunt vel recipi possunt, aut salarium tantum ecclesiasticum percipiunt. Atque ita Clerici sunt, quotquot Laicis opponuntur, sive althari serviant; sive privilegiorum saltem & beneficiorum ecclesiasticorum participes sint. Qui postea in certos ordines collecti. Quorum præcipua divisio, quod quidam sint in *sacerdotio*, & hi vel *superioris* gradus, ut Episcopi, Pralati; vel *inferioris*, ut Presbyteri; Quidam saltem *in sacris*, qui munere sacrificiorum destituntur, ut Diaconi & Subdiaconi; quidam tandem *nec in sacerdotio nec in sacris*, ut Clerici minorum ordinum, v. g. Custodes, acoluthi, exorcistæ, ostiarii &c. Imo hæ personæ, res ac officia a potestate seculari exemta fuerunt, peculiaremque statum politicum stabilierunt, quem *statum Clericalem* vocarunt. Quare multi JCTorum Protestantium hanc divisionem inter Clericos & Laicos, ut *fulcrum papatum*, inter insignia mysteria iniquitatis referunt. (b) Quam tamen ego non prorsus rejiciendam, sed potius, si modo error iste absit, ac Clerici essent imperantes, Laici vero parentes, retinendam esse puto, ad distinguenda membra ecclesia; ita nempe, ut Clerici denotent ministrum verbi & Sacramentorum, Laici vero quibus verbum & sacramenta administrantur.

*Transitio ad  
Thema.*

*Clerici sub-  
funt foro Ec-  
cles. ex privi-  
legio Imp.  
non ex jure  
divino.*

Perspectis nunc, quæ in antecessum explicanda erant omnibus, ad Thema propositum pleno me confero gradu, quo Clericum forum suum prorogantem & Confistorio renunciantem aspicimus. Ante omnia vero hic bene notandum, gaudere Clericos foro Ecclesiastico *ex privilegio Imperatorum* secundum principia Protestantium, *non ex jure divino*, (a) ut afferunt Pontificii. Ex Marciani enim Imperato-

(b) Conf. patrui mei B. Tho- de Ludwig in A. B. T. 1. p. 68c.  
masii Tr. ad Lancelottum p. 24. E. (a) Convenimus ex Jure divino  
Cleri

peratoris Constitutione, Archiepiscopus Constantinopolitanus cum Praefecto Praetorio concurrentem habuit jurisdictionem, l. 25. C. de Episcop. l. 13. C. de Episcop. Audient. Justinianus vero postea Nov. 79. & 83. hoc magis magisque extendit, adeo ut in causis pecuniaris primo coram Episcopo convenientiantur, deinde demum coram Praefecto Praetorio vel Præside; in causis vero criminalibus, si delictum sit Ecclesiasticum, cognitio & executio ad Episcopum: sin commune, remoto ab officio clero, sententia ad judicem civilem pertineat. Amisso vero jure circa sacra & a Pontifice occupato, tum in omnibus causis civilibus tum criminalibus Clerici fuerunt exempti a jurisdictione summa in Republica

C 2 potest

Clericis attribuat forum Ecclesiasticum *Felicianus de Oliva P. I. de for. eccl. g. 10.* Clericos in spiritualibus iubet Pontificibus certum indubitumque esse, autem, hac inductus ratione, quod multa inde oritura essent incommoda, fini in civilibus iudicio seculari subfessum cum tamen nemo sufficienter duobus servire posset dominis: contrariam & veriore magis sententiam ex rationibus non levendis defendit Excell. Academiae Halensis Director Dominus Boehmerus in *Jur. Eccl. Prot. L. 2. T. 2. §. 36.* Sed heus Te, inquiens, qua ratione laicos sub diversa jurisdictione existere posse credis? Si ratio tua vera est, pesime fecit Pontifex, quod Laicos in spiritualibus sibi subjicerit, & quid fieri de statibus Ecclesiasticis Germaniae, qui duplum sustinent personam, & duplex diver-

sum forum, Papale & Imperii, agnoscere coguntur. Et cum ille addat Clericos esse sacerdotes, ergo speciali veneratione dignos, respondet Dominus Boehmerus: Affata haec ratio propria ingula tur ineptia, &c. Quare acutem magis fecundum Boehmeri sententiam §. 37. tetigit Petrus de Marca de C.S. & J. Lib. II. c. 7. §. 8. ajens: quia Clerici non tantumqua Clerici, sed etiam, qua cives sunt, spectantur, in republica, legibus Principum tenentur, nisi earum gratiana aut libertate generali toti clero indulta, aut alicui ordinis ex beneficio Regum consecuti sunt. Ex quo optime colligendum, Clericos olim potestatem secularem omnino agnoscisse, atque non Dei ordinatione, sed Imperatorum privilegio exemptos fuisse, &c. Conf. Thomas. ad Lancell. P. 3. p. 127.

20      *De foro clericorum protestantium,*

potestatis, & solis Episcopis atque sedi Romanæ in Occidente subiecti. Et licet per Pacem Religiosam Pontifici irerum jus illud erectum & jurisdictione Episcoporum in Germania Evangelicorum suspensa, Clerici tamen eximi permanerunt a jurisdictione seculari, non tantum quoad causas spirituales & sacrum ministerium concernentes, sed etiam quoad actiones personales contra eos instituendas. (b)

§. V.

*Fundamen-*  
*tum mei affer-*  
*ti, quod Cle-*  
*rici foran su-*  
*um prorogare*  
*non possint,*  
*probatur.*

i) ex *Historia*  
*Impp.*

2) ex *testimo-*  
*nio Nicepho-*  
*ri & Sozo.*

*meni*

Quamobrem cum sua radiet luce Imperatores Clericis hoc privilegium dedisse, dubium non leve subnascitur, utrum honoris judicum nempe Episcoporum, an litigatoris favori, Clericis nimurum, fori hujus privilegium sit attributum, adeo, ut si sit posterius, suo renunciare possent privilegio, sive vero prius, forum suum prorogare atque declinare nequeant. Cognoscimus vero ex legibus Privilegium hoc illustrantibus, nulluma in Episcopo ornando, honestando, colendo, locum aut tempus pratermississe Imperatores, ita, ut vero non videatur absimile, eos ad gloriam, dignitatem & splendorem Episcoporum augendum, atque amplificandum hoc promulgasse privilegium. Testimonia nobis perhibet Nicephorus L. VII. c. 46. Hist. Ecclesiastice scriptor, inquiens, CONSTANTINVM Clericos omnes constitutione lata immunes liberosque esse permisisse, judiciumque & jurisdictionem in eos Episcopis si quidam civilium judicium cognitionem declinare vellent, mandasse, & Sozomenus L. 1. c. 9 argumentum, inquit, vero & illud maximum reverentia imperatoris erga religionem, quod judicio contendentibus seu litigatoribus potestatem fecit Episcoporum judicium invocare, neglectis, si vellent, civilibus magistratibus: & ut sententia eorum rata esset & potioris autorita-

(b) Conf. Schilteri *Institutiones Juris Can.* L. I. T. 18. §. 1. 2. 3.  
4. Thomasius ad *Lancell.* p. 1209  
seqq. Boehm. *Jus Eccl. Prot.* L. 2.

T. 2. §. 37. 38. *Ord. Ecol. Sax.* von  
Immunit. und Freyheiten der  
Kirchen-Dienst. Carpz. L. 4.  
Def. Eccl. 308.

Autoritatis, quam aliorum judicum, atque si ab ipso imperatore prolatâ fuisset, utque judices seu magistratus iisque ministrantes apparitores iudicata ab his executioni traderent. Qui vero non plane expers & rudis historiarum est, non ignorabit, quantus fuerit *Episcoporum* protector CONSTANTINVS M. & qui nihil prius atque antiquius habuerit, quam ut eorum dignitati ac auctoritati omni occasione consulteret, efficeretque ut nomen illorum magis quam aliorum subditorum floreret, ad quod obtainendum inter alia non parum perfecit potestas in ceteros Clericos illis, concessa. Omnes repleti sunt libri, omnes diserte narrant rerum gestarum pronunciatores, CONSTANTINVM M. totum fuisse in illustranda dignitate *Episcoporum*, partim fundandis tot Episcopatibus, (a) partim adificandis eis ac dotandis, omniumque rerum copia & affluentia exornandis; unde etiam pro tot tantisque in eos collocatis beneficiis non potuerunt non, ejus nomen mortalitati eripere, Magnumque eum praedicare, ejusque virtutes prorsus eximias posteritatis commendare. Et quid potuissent facere convenientius animum suum gratum demonstrandi causa, quam ut in persecundis Cæsarialis gestis, largitatem ejus in Ecclesiam scriptis innumeris lustrarent; nam si alios magis sinceros explicatores consulimus, aperte illi dicunt, Constantium simulatam tantum præse tulisse probitatem, clausumque aliud in pectore, aliud in vultu ac lingua proutum habuisse, neque a

C 3

diffi-

(a) *Thomafius all. Tr. ad Lan-*  
*cell. P. III. p. 1209. inquit. Constan-*  
*tinus M. non solum ecclesiæ libe-*  
*raliter dotavit, & *Episcopos*, ubi, ne*  
*magno honore dignatus est, sed*  
*& jurisdicti potestas, ab illo col-*  
*lata fuit *Episcopis*, in quoscumque,*  
*qui profanorum judicum cognitio-*  
*nem declinarent ipsi, constitutum-*

que porro, ut, quod *Episcopi* judi-  
cassen, id robur & auctoritatem  
sententia omnem habeat. *Euseb.*  
*in Vita Conf. L. 4. c. 27. Sozom.*  
*L. I. c. 9. &c. Idem id, quod Con-*  
*stantinus M. *Episcopis* nimium in-*  
*dulserit probat. Boehmerus in c. 7.*  
*Eccles. Prot. L. I. T. 31. S. 33. & T. III.*  
*Dissert. Prælim. §. 63. 64.*

<sup>3)</sup> ex inde  
Constant. M.

## 22 De foro clericorum protestantium,

4) ex natura  
privilegii. dissimulandi artificio prorsus fuisse alienum. (b) Deinde constat inter omnes, & quotidiana, rerum omnium magistra, experientia testatur, neminem de privilegio suo ne latum quidem ungem recedere, sed omnem potius lapidem movere, in eo ampliando atque magis magisque extendendo; quis autem anxius magis unquam ea de re elaboravit *Episcopis*, qui

5) ex Concilio tam solliciti fuerunt in promovenda hac immunitate, ut in Carthag. III. Concilio Carthaginensi III. Cap. 9. anno 397; quod refertur a Gratiano c. 43. Placuit. C. XI. q. i. statutum fuerit, ut qui Clerici coram judice seculari litigare elegerint in causa civili illud perdant, quod evicissent, si locum suum maluisserent obtinere. Idquod eriam in Concilio Milevitano a. 539. ca.

42. C. XI. q. i. dispositum invenitur. (c) De Clericis autem nunquam est auditum: quod tam acriter pro *foro episcopali* propugnaverint, exercitiumque jurisdictionis *Episcopis* tanto cumulo tradendum urserint, quod tamen, si quid commodi ex hoc privilegio in se redundare vidissent, vix ac ne vix quidem intermissuri fuisseat. (d) Ulterius repetitur constitutio

Con-

6) ex I. 7. C. de Episc. aud. (b) Conf. Deutsch. Monzambano p. 161. (b) Zosimus. Leunclavii *Apologia Zosimi*.

(c) Vide adhuc Causam XI. Questionem I. Juris Canonici, in qua tota q. pertractatur, quod jam ab anno 296. & seqq. annis prohibutum fuerit Clericis judicem secularis adire. Præcipue in C. 5. Imp. Valentiniani, Theodosii & Arcadii a. 384. data Constitutio resenfetur, in qua Clericum ad iudicium secularia pertrahi interdictum est. Et in C. 10. Silvester in Epilogo Concilii a. 324. Roma habitu, Clericum ad civilem judicem per-

ducentem Clericum, anathematizat. Quam dilucidissime vero appareat ex c. II. quod in *Episcoporum* magis quam *Clericorum* favorem Fori privilegium introductum fuerit, dum ibi anno 418. in Carthaginensi Concilio VIII. dispositum: quod proprio honore privandus sit ille Clericus, qui publici judicij cognitionem ab Imp. postulaverit. Idem favor *Episcoporum* appareat ex c. 39. 45. & 46. quos sedulus lector ipse evolvet, & veritatem mei asserti agnolcat.

(d) Atque ut de hujus veritate eo clarius constet, & fata *Episcoporum*

Constantini, quod etiam in causa civili quacunque litigaturi Episcopos sibi judices ex compromisso, i. e. arbitrum, eligere possent, ab Imperatore Arcadio anno 398. in l. 7. C. de Episcop. Audientia: *Si qui ex consensu apud sacrae legis antistitem litigare voluerint, non vetabuntur; sed experientur illius in civili duntaxat negotio, more arbitri, sponte residentis judicium.* Novum hic habes argumentum, quod confirmat, ex honore Episcopis aliquam concessam facultatem judicandi. Quia in hac lege expresse faneatur, laicos in civili negotio posse in Episcopum quasi in arbitrum & cognitorem committere, & licet quilibet alius, qui lege non prohibetur, arbitrari esse possit, hoc tamen loco Episcopi judicium, tanquam singulare quid, expresse commendatur. Praterea Imperator Honorius in constitutione anno 400. lata Leg. 14. C. de Episc. & Cler. tam firmas & validas voluit esse Episcoporum sententias, ut eas nulla arte infringere, & neque ex aula sua suffragium sperare posset damnatus. Imo majus adhuc additur robur in leg. 8. C. de Episc. audient. ubi Episcopale judicium ratum esse omnibus jubet, eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam mandat, quam suis deferre effet potestatibus, scilicet Praefecto Praetorio, a quo non licet provocare, sed saltem supplicare. (e) Quid quod, ex Novella 83. pr. Iu-

<sup>7)</sup> ex l. 14. C.  
de Episc. &  
Cleric.

E-  
Episc. Aud.

E-  
Episc. Aud.

men

porum auctoritatis tam in Oriente quam Occidente L. B. palam fiant, legat si libet Thomas. ad Lancell. p. 1210 se q. quo & praecellissimum inveniet Testimonium, quam laxiorem & potentiores naeti sint conditionem Episcopi sub Carolo M. qui Episcopos constituebat, ut Saxones devictos in fide & obedientia contineret. &c.

(e) Conf. l. 13. C. de Episc.

Aud. ab Imperatore Mariano an. 456. data m. l. 25. C. de Episc. & Cler. eod. anno ab eodem Imperatore promulgata m; l. 33. C. de Episc. & Cler. in qua Leo Imp. antecessor sui Mariani constitutio nem renovavit quodammodo & corexit. l. 26. C. de Episc. audient. a. 530. auctore Justiniano; Novel lam 79.

24 *De foro clericorum protestantium;*

men effulget, ubi Imperator Justinianus anno 539. confitetur, quod cum antea reverentissimos monachos apud solos civitatis Episcopos, sub quibus essent monasteria, conventiones suscipere jusserit, petitus fuerit a Menna Deo amabili archiepiscopo (*ut sunt verba legis*) felicissima civitatis, & universalis patriarcha, reverendissimis Clericis hoc dare privilegium, ut si quis habeat adversus eos quamlibet pecuniariam causam prius ad Deo amabilem archiepiscopum perget sub quo constitutus sit, & interpellat eum, & ex non scripto judicium mereatur &c. Hæc qui recte perpenderit, cœcus sit, si non videat, in *Episcoporum* magis quam *Clericorum* favorem hoc introductum esse privilegium. (f) Nam ipsi naturæ convenient, ut quis illud petat, quod sibi acceptum esse putat, & contrario illud repudiet, quod affectibus suis adversatur. Archi-Episcopus autem est, qui, prout ex allegata hac lege apparet, Imperatori supplicavit pro concedenda sibi jurisdictione in *Clericos*, favorabilius sibi esse persuasus, si ea ornaretur. Neutquam vero supplices venerunt *Clerici*, pro impetranda facultate *Archi-Episcopi* amplectendi sententiam in causis inter se ventilitatis & forum ejus adeundi. Ex quibus omnibus elucet non in *Clericorum* sed in *Episcoporum* emolummentum & favorem hoc concessum esse privilegium. (g)

§. VI.

(f) Brocardicon enim Jctorum est. Privilegii tenor attendendum est, nec de illo judicandum, nisi tenore ipsius inspecto. Et quem non solum quoad verba, sed etiam multo magis quoad mentem, ut si de ea appareat, a verbis recedamus, ut quid senserit concedens potius sequamur.

(g) Schilterus in *Different. Jur. Civ. & Can.* de Auth. Statui-

mus C. de Episc. & Cler. probat Honorium III. Pontificem hanc constitutionem Imperatori Friderico II. expressisse, dilata per sexagenium coronatione. Conf. Fr. Duaren. L. VII. D. S. Eccl. Ministr. c. X. H. Cowringii de Judic. Serm. §. 22. Quæ si vera sunt ut sunt verissima, sane multum Pontificis interfusse appareat, ne Clerici aliis foris subjiciantur. Eo quod certi-

## §. VI.

Quocirca si quis recta judicij statera & non inanibus opinionibus abreptus fundamentum paragrapho antec. structum ponderaverit, clare videbit & candide fatebitur, ex hoc privilegio haud vulgarem *Episcopis* quæsitam esse auctoritatem & splendorem, Clericorum vero voluntatem coarctatam ac certis cancellis inclusam. Quicquid vero alteri datum est, ut eo ad altiorem dignitatis gradum adscendat, sibique majorem auctoritatem paret, illud sane ab alio cuius non tam multum interest, non dicam auferri, sed ne diminui quidem potest, ita scilicet ne de auctoritate ejus aliquid derogetur vel adimatur. Hebesceret vero *Episcoporum* auctoritas & splendor obsolesceret, si clericorum arbitrio relinquatur fori hujus prorogatio, ideoque Clericis potius interdicenda libertas forum suum prorogandi, praesertim cum in præjudicium tertii renunciatio haud sit valida; (a) *Episcoporum* autem rem agi nemo dubitat,

to sciebat, multum ponderis injurisdictione in Clericos esse situm ad Hierarchiam suam corroborandam, sustinendamque.

(a) Renunciare enim quilibet potest juri pro se introducto, l. 29. C. de paclis. Ratio est, quia regula est juris: Ut ei non licere, quod nobis nostri causa Lex dedit, & unumquemque de jure suo detrahere posse. *Cajac. in recit. C. de rescind. Vendit.* Siquidem illis renunciare tantum possumus, quæ nobis sunt competentia, l. 41. ff. de minor. Quod tamen tautummodo procedit, si de unius favore tantum agitur, secus vero si in sui non modo, sed & alterius favorem

introductum fit. Sic filius fam. SCto Macedoniano renunciare non potest, quia illud non tantum in favore ea filiorum famil. sed etiam in odium sceneratum & securitatem partium introductum, l. 9. ad SCt. Macedon. Atque ita etiam est de Clericorum foro. Frustra enim his renunciatur quæ mihi lex dedit, non tam mei, quam aliorum causa. l. 8. C. de revoc. donat. Deinde renunciatio non valet adverlus *jus naturale, vel publicum*, v. g. si quis juri sanguinis renunciaret, l. 34. ff. de paclis, aut pater abdicaret filium alienaretque, l. 6. C. de patr. potest: Sic professio facta Religionis ante D com-

*Applicatio  
structi funda-  
menti ad  
Thema.*

## 26 *De foro clericorum protestantium,*

tabit, si Clerici aliud apprehendere forum mallerent, cum non Clericis sed potius Episcopis hæc lex ac privilegium datum sit per paragraphum antec. Concederem quam lubendissime prorogationem Clericis, modo esset demonstratum, *Constantinum M.* examore erga Clericos & non ex favore erga Episcopos hoc privilegium dedisse. (b) Tota mente consentirem in prorogationem Clericorum, modo non ex lege 7. C. de Episcopali Audieutia favor Episcoporum magis, quam Clericorum appareret; siquidem in ea, non exclusis Laicis, Clericis permittitur in Episcoporum arbitrium compromittere; si igitur Clericorum infavorem hoc suisset datum, fane laici non illo gauderent jure, cum quilibet suum privilegium libentius solus possideat, quam ut alios de eo participare patiatur. Non contradicerem Clericos prorogatione uti posse, si secundum Novellem 83. humiliter Imperatorum solium osculati, facultatem sibi expetiissent causas suas coram Archiepiscopo pertractandi: tunc enim conjecturam facere possemus, Clericorum interfuisse, ut *Arch-Episcopus* illam in se jurisdictionem nanciseretur. Cum verone jota quidem in tota illa Novella extet, ex quo sensu istum exhaustire possis, sed e contrario

ex

completum annum 16. ætatis vel ante finitum annum continuum probationis, post susceptum habitum Religionis est irrita: & renuntiatio honorum facta a Novitio, ante duos menses proxime precedentes professionem, est invalida &c vel civile, v. g. si contra formam quid induceret vel solennitatem l. 55. de Legat. i. v. g. ut testamentum fiat adhibitis septem testibus. Item ut alienatio dei Ecclesiastica fiat interveniente auctoritate superioris. Item ut matri-

menium contrahatur, praesentibus Parocho & duobus vel tribus testibus &c.

(b) Constat ex § o. antec. potestate Episcoporum adeo exensis *Constantinum M.* ut majorem potestatem illis conceperit ac quidem magistratus civili. Et ex § o. I. palam est, majorem auctoritatem judicia episcopalia accepisse, postquam per leges publicas quoque approbata & confirmata sunt. Conf. Stryck. c. Diff. de Orig. & Usu Jur. Eccl. §. 19.

expressis verbis Dei amabilis illius civitatis *Archiepiscopi Men-*  
*næ* mentio injiciatur, firmissimo nititur fundamento, magis  
*Episcoporum*, quam Clericorum emolumento ac dignitati in-  
servire hoc privilegium, adeoque Clericos ei, quod in suum  
favorem non datum est, renunciare non posse, quia per renun-  
ciationem tertio præjudicari nequit arg. l. 62. ff. de pact. & t. t.  
C. inter alios acta vel judicat. Huic certe Clericorum privi-  
legio fori haud absimile est privilegium de non evocandis sub-  
ditis, cui prima quidem fronte renunciari posse videtur, quod  
tamen rectius negandum, si casus exceptos excipias, quia non  
solus subditorum, sed ipsorum dominorum & Electorum fa-  
vor præcipue in eo vertitur. (c) Propterea Vasalli, inviti  
etiam coguntur apud Pares curiæ, in locis, ubi non est judicium  
feudale, de feudo litigare, si puta, controversia vel de feudi  
constitutione, vel conservatione, vel privatione agitur, adeo  
ut actor, licet sit privilegiatus, puta scholaris, vel miserabi-  
lis persona, vidua aut pupillus, forum rei feudale sequi tenea-  
tur, reus vero, sive Clericus, sive laicus, paganus vel miles,  
aut aliis quispiam etiam privilegiatus id declinare nequeat.  
Quemadmodum enim hoc in judicio auctoritatis judicum ra-  
tio habetur, & expresse prohibitum, ne causa ad aliud judicium  
pertrahantur, neminiisque sit licentia forum hoc expresse in  
honorem illorum introductum judicum, aversandi & causas  
suas prorogandi; ita sua fluit sponte, quare & Clericis interdi-  
cta fori sui prorogatio, nimirum quia non eis datum est hoc  
privilegium, sed magis tuendi *Episcoporum* honoris atque au-  
toritatis ratio habita in ejus concessione, id quod hactenus a  
me est demonstratum.

### §. VII.

De Consistoriis Saxoniciis Electoralibus res est sat mani-  
facta, in honorem ac decus ipsorum Consistoriorum conce-  
*In primis ad*  
*Consistoria*  
*Saxon. Elect.*

### D 2

sam

(c) Conf. de Ludw. Comment. Idem est dicendum de privilegio  
ad Aur. Bull. T. 1. p. 777. & 783. de non appellando Electoribus  
seqq. & alias Juri Publ. scriptores. concessio.

28      *De foro clericorum protestantium,*

1) *Ratio.* Sam esse jurisdictionem Clericorum. Id quod videmus inter alia ex eo, quod nostris judiciis Ecclesiasticis amplior adhuc potestas a Principe *Augusto* in Constitutione von hysen Conistoriis C. 10. donata fuit, ac antiqui Episcopi priscis temporibus potissimum Justiniani habuerunt, quibus temporibus in delicta Ecclesiastica tantum inquirere, & ea punire poterant, ob cetera autem crimina statim, praemissa degradatione, judicem secularem implorare tenebantur. Conistoria vero nostra praeter Ecclesiastica, in communia quoque v. g. in furtum, stuprum Clerici &c. animadvertere possunt, si modo poena non ultra carceris aut pecuniae vindicationem extendi potest. Quocirca, cum Pontificiorum fora ecclesiastica tantum suspensionem & remotionem injungere, nostra vero Conistoria adhuc carceris & mulctae poenam a Clericis sumere possint, res clara atque aperta est: Conistoriorum fuisse habitam rationem in concedenda jurisdictione in Clericos: Ideoque interdictionem porogationis fori non esse non defendendam. Praeterea in eodem Saxoniae Electoratu per Mandatum Regium de anno 1711. d. 22. Martii, quod confirmatum in Ordinatione Processus Sax. Recognita Anhang §. XI. expresse sub poena suspensionis aut Remotionis prohibitum est Clericis cuiuscunque generis Cambialem Obligationem suis Creditoribus dare. Et quidem hac ex ratione, quia multum scandali quam sapissime talis excitaret obligatio, multumque oneris propinquus parochis suis Collegiis injungeretur, si functiones ecclesiasticas interea subire tenerentur, quibus & accederet, quod per arrestum ejusmodi Clericorum multum sentirent incommodum parochiani morbo laborantes, aut aliis casibus non pravissim ac subitaneis expositi, ita ut plane penitusque negligi per facilime possint. Cum vero haec ratio generalis sit, atque ad prorogationem fori etiam applicanda, legem ipsam quoque ad eam extendendam & Clericis libertatem prorogandi plane interdicendam esse, censeo. Quemadmodum enim per

per Cambialem obligationem multæ oriri possunt confusio-  
nes circa munera ecclesiastica subeunda: ita prorogatio Cleri-  
ci in judicem secularem multum quoque excitare potest con-  
fusionis & scandali, si e. g. Clericum exodio vel alio affectu  
particulari in carcerem statim deduci Judex laicus man-  
daret.

### §. VIII.

Neque hoc applicanda quorundam sententia distinguen-  
tium inter privilegium toti ordinis & singulis datum, atque af-  
firmantium, quod quæ privilegia intuitu singulorum concessa  
habetur. Ratio dubi-  
fint collegii, illis singuli recte utantur recteque renuncient, tandi 1) de-  
quia talis renunciatio non vergeret in præjudicium universi-  
tatis. Quod qui statuunt, afferunt privilegium hoc fori Cle-  
ricis ut singulis competere, adeoque prorogationem non pro-  
hibitam. In quam sententiam profundæ eruditionis lumen  
Bæhmerus in *Iur. Eccl. Prot.* T. 1. L. 2. T. 2. §. *XLI.* pedibus it, datur.  
hancque opinionem instantia illustrat sequenti: Toti, inquit, <sup>a)</sup> quam Boeb-  
merus male  
collegio ministrorum principis concessum est privilegiatum forum, illustrat in-  
quis vero afferet, singulos citra præjudicium ceterorum huic pri-  
vilegio, prorogata jurisdictione, baud posse renunciare? Quod ratio decid.  
ex §. V. & VI.  
exemplum optime rei quadrare ambabus quod ajunt, manibus  
concederem, modo esset evictum, hoc privilegium de quo lis  
movetur, simili casu Clericis, quo ministris principis conce-  
ssum, & non magis in Episcoporum favorem datum; adeoque  
neque intuitu singulorum Clericorum, neque universitatis, sed  
solorum Episcoporum causa concessum esse hoc privilegium  
Clericis, & hinc prorogationem, ut in tertii præjudicium non  
permittam, arbitror per §§os V. & VI. Zieglerum aliter judica-  
turum suisse credo, si animum seposuerit Pontificios tantum  
refutandi, nunquam autem etiam quæ vere tradunt admittendi.  
Facile enim observare poterat præjudicium Episcoporum hac  
in re latens, cum in Notis ad Lancell. (a) inquit: *Id certum est,*

D 3

renun-

(a) Vide ap. *Thomas. ad Lancell.* p. 1268.

## 30 De foro clericorum protestantium

renunciationem singularis personæ de aliquo corpore aut collegio improbari, si ex ea derogetur decori aut privilegio totius corporis ac collegii. Nam honor ac decus singularium personarum ex aliquo corpore vel collegio ad ceteros etiam pertinet, cum singuli sint pars ipsius collegii. At enim, ut maxime Clericus privilegio exemptionis renunciet, quid dedecoris inde nascitur, vel ipsi Clerico vel roti reliquorum ordini? Sane si privilegium concessum est Collegio, ut Collegio, per singulos renunciari haud potest, sed ubi est concessum universis & singulis, potest ei renunciari per singulos, Georg. Acac. Enenckel de Privil. L. 3. c. 16. n. 10. ubi n. 30. admittit, renunciari possè privilegiis exemptionum, si sine prejudicio superioris fieri possit. Quodsi prejudicium jam superioris adduci hic oporteat, nullum id aliud erit, quam quod Clericus nolit esse Papæ mancipium, & quod tyrannidi ejus subesse, eumq; quantum in se est, conservare renuat. (b) Quicquid vero horum sit; tamen minime potest a Privatis Doctoribus Clericis prorogatio fori permitti, si ille qui jus legum ferendarum habet, illud expresse prohibuit. Nam privilegia concessa per superiores, non possunt, nec debent infringi per inferiores.

*ratio decid.  
ex voluntate.  
LLtoris.*

### §. IX.

*Ratio dubit.* Fortius urgent Legum civilium defensores, qui dispositi-  
II) ex l. 51. C. onem Imperatoris Iustiniani anno 532 datam ex L. 51. C. de E-  
de Episc. & Clericis. (a) nobis objiciunt, (b) ita sancientis: Si quis

(b) Zigleri vestigiis insistant Sacundendorfferus in Diff. de Res-  
nunciatione Fori privilegiati. C. V.  
& Stryckius in Disqu. For. de Effica-  
cia Renunciationis Hodierne §. 20.  
m. 2.

(a) Cum hac lege consentit L.  
29. C. de pactis.

(b) Svendendorfferus c. I. hæc

ita exprimit. Quæritur an Privil-  
legio fori Clerici renunciare pos-  
sint? & quidem quod, accidente  
Episcopi sui Consensu, alterius  
Ecclesiastici judicis jurisdictionem  
in se prorogare possint, est extra  
dubium, per c. 18. X. de foro comp.  
An vero reliquo judice proprio, se-  
culari se submittere queant, non  
caret disceptatione. De jure Ci-  
vili

*quis (Clericus) in conscribendo instrumento sēcē confessus fuerit,  
non usurum fori p̄scriptiōne (i.e. exceptione, qua alias uti pos-  
set, nisi ei renunciasset,) propter sacerdotii prærogativam: (Sa-  
cerdotii enim prærogativa jus fori speciale tribuit, Auth. Sta-  
tuimus 33. C. de Episc. & Cler.) sancimus non licere ei aduersus  
suā pactā venire, & contrahentes decipere: cum regula sit juris  
anti-*

vili affirmatur per rationes in l. 29.  
C. de pactis l. 51. C. D. Episc. &  
Cler. Non enim contrariatur hæc  
Clerici pactio bonis moribus. Ta-  
lia autem pacta omnia servari jubet  
Prætor l. 7. §. 7. ff. de pactis. Sed  
juris civilis functionibus contradic-  
cit Pontifex in c. 12. & c. 18. de foro  
comp. adeo ut ne juramento acce-  
dente hac Renunciatio firmiter,  
quod pactis privatorum nequeat  
derogari juri publico, & tale jura-  
mentum contra flatuta Canonica  
illictis passionibus sit informatum.  
Ait licet toti ordini privilegium sit  
concessum, hoc tamen Clericus  
per Renunciationem singularem  
non violat, & tantum abeat, ut or-  
dinis privilegio aliquid deroget, ut  
proprio modo beneficio detrahatur  
aliis vero Clericis hac fori præroga-  
tiva uti nihilominus integrum ma-  
neat; Nec movet, quod ordinis  
hoc sit privilegium non enim hoc  
suppetit renunciationem, si illud  
universis & singulis datum sit,  
quamvis aliud sit statuendum si  
Collegio ut Collegio competit. Dn.  
Zieg. J. Can. l. 3. T. 1. §. 4. Mi-  
rum autem quod Pontifex sancti-

onis suæ in c. 8. & c. 28. X. de Ju-  
rejur. jam oblitus hoc juramen-  
tum quod tamen absq; salutis æter-  
næ dispendio servari potest, fran-  
gere jubeat, ut adeo Hilliger ad  
Donell. l. 17. c. 10. ad lit. y. cum  
Cujacio (quem propterea graviter  
reprehendit Ant. Faber. sed a Ba-  
chov. in Pr. Tit. de Pact. iterum  
defensus) recte statuat, Pontificem  
ratione juris in l. 38. ff. de Pactis  
abuti, illam vero quam adducit  
merum esse fucum & fumum pro  
coloranda scilicet auctoritate atque  
Præminentia, qua Clerum suum  
Laicos antecedere ad dilatandas  
Fimbrias Pontificiales omni elabora-  
vit studio, imo Sanctissimum il-  
lum Patrem ipsummet peccare  
contra jus Publicum dum Clericis  
suis juramenti violationem hoc ca-  
su fadet permissaque &c. Multis  
id refutare possem; dicam ta-  
mentum: Pontificem recte fa-  
cere vim admendo tali juramento  
præfito; quia semper ante jura-  
mentum obligatio adesse debet,  
hæc vero hic desit, dum LL. con-  
trarium sanciant.

32 *De foro clericorum protestantium,*

antiqui omnes licentiam habere, his quæ pro se indulta sunt renunciare. Quid hic respondebis? quarit cohors adversa, cum verba legis ipsa circumvertere non possis, quorum hæc est sententia: Clericos, si in instrumento renunciaverint foro suo, renunciationi huic stare debere, quia omnibus in contractibus deceptionibus & fraudibus nuncius mittendus, & juri pro se introducto quilibet renunciare potest. Verum enim vero ut ex hoc labyrintho evadamus Ariadne hic non opus esse filo arbitror. Ictorum enim objectioni satisfactum iri puto, si cap. 12. X. de foro competente anno 1210. ab Innocentio III. promulgatum illis opposuero, cuius verba ultima ferme hæc sunt: *Manifeste patet, quod neque inviti, neque voluntarii pacisci possint, ut secularia judicia habeant, cum non sit beneficium hoc personale, (c) cui renunciare licet, sed potius toti collegio Ecclesiastico publice indultum: cui privatotum pacio derogari non potest. Nec juramentum (d) licet servari potuit, quod contra*

*ratio decid. ex  
c. 12. X. de for.  
Comp.*

*ca*

(c) *Stück in c. Disq. For. in contraria partem abiens dicit:* Quam rationem de Clericis adducit Pontifex in c. 12. X. de Foro comp. fucum illam tantum esse jamdum demonstratum a Cujacio ad d. c. 12. Licet enim eorum privilegium toti ordine concessum concedamus, falsa tamen est illatio, qua per renunciationem unus Clerici toti Clericorum ordinis derogari dicitur. Nihil enim inde universalis Clericorum exemptione decedit, nec obstaculo potest esse reliquis unius renunciatione, quia conventi coram judge seculari prescriptionem fori objicere, & ut ad Ecclesiasticum judicem re-

mittatur causa, petere possint; Quin imo nec ipsis renunciationi in reliquis causis per hanc renunciationem exceptio præscriptionis fori admota est, sed salva semper manet ac integra; Ut proinde renunciationem fori a Clerico in causa profana, nam spiritualis sui natura non est prorogabilis, factam apud nosstrates omnino valere dicat in Caut. Contr.

(d) *Quia juramentum vergens in præjudicium tertii non obligat, cum sine peccato servari nequeat,* c. 22. de Jurejur. Adeoque Clericus non potest sibi constitutre judicem seculariem, etiam si per patrum juramento confirmatum in

*cuna*

canonica statuta illiciti paictionibus informatur. (e) Scilicet intruit hoc capitulo Pisonem Archiepiscopum Pontificem Maximus Innocentius III. quid rerum facere debeat, si iterum talis casus obveniret, qualem enarravisset: ne nimirum, quod antea fecerat, Clericis ulterius in temporalibus salem causis renunciationem (f) fori sui & Laici judicis constitutionem permitteret,

eum consenserit, quia juramentum, quod est contra publicam utilitatem, non tenet, nec licite observari potest, neque relaxatione indiget, cum juramentum non sit vinculum iniquitatis c. 18. de jurejur. &, cum juramentum non obliget, quod cedit in praedictum tertii. c. 28. eod. multo minus obligabit, quando per illud lreditur bonum commune totius status Clericalis. Et, quando contractus vel pactum, non valet, & obligat, nec juramentum eo adjectum, & accessorium valet, & obligat, quia sublati principali tollitur accessorium. *Pirking. Jus Can. T. 2. L. 2. P.2. Secl. VI. §.11.*

(e) Quare Clerici nec inviti, nec coadiuti, nec volentes renunciare possunt privilegio fori Ecclesiastici, & consentire in judicem laicum, ut coram ipso convenientur, etiam si juraverint, se coram judice seculari responsuros. Adeoque ex hoc cap. all. manifeste patet, quod Clerici non solum inviti, sed etiam volentes pacisci non possint, ut secularia judicia sivebant, cum hoc beneficium seu privilegium

non sit personale, sive eorum personis privatum concessum, cui renunciari potest, sed potius toti Collegio Clericorum publice indultum (adeoque sit Jus Publ.) cui privatorum pacto derogari non potest. Sed nec juramentum super hoc praesitum licite observari potest, cum illicite & Canonice statutis repugnanti paictioni sit appositum, adeoque non obligat. Nec juvat quidquam Clericum renunciantem, quod accidente adversarii voluntate, foro suo renunciaverit: quia nec ille iuri publ. confensu suo derogare possit. I. 38. de paet. Sed neque expresse consentiendo, neque tacite, seu ipso facto, si Clericus patiatur, se convenire, vel condemnari a judice seculari, & non contradicat, potest renunciare huic privilegio fori. Quia plus operatur consensu expressus, quam tacitus. *Idem Pirking. I. c.*

(f) Pontifices dicunt: Qui non potest Clericum ordinare, nec judicare eum potest, c. 3. de Paroch. Ergo non possunt forum suum prorogare. Nullus judex

E fecu-

34 *De foro clericorum protestantium,*

terer, sed ut cautius & attentius illis constitutionibus inhäret, quibus cavitur ne pacto privatorum juri publico derogetur. Id quod etiam non sine ratione est: nam in Tolerano & Carthaginensi Conciliis (g) specialiter & expresse promulgatum erat, ne Clerici Clericos, relisto Pontifice, ad judicia publica pertrahant nisi peccata incurrere velint ut causam perdant,

secularis potest per se judicare, vel  
condeinare Clericos, seu personas Ecclesiasticas, ut habetur in  
c. 2. de foro comp. Ratio est, quia Laicus, usurpans sibi potestatem concessam in personas sacras & Ecclesiasticas, eas ad tribunal suum trahendo, judicando vel condemnando, irrogat injuriam ecclesiae, & contra iura divina pariter & humana sacrilegium committit. Accedit, quod hoc privilegium exemptionis Clericorum a potestate seculari etiam decretis Imp. confirmatum sit, ut constat ex Auth. ut Clerici, §. si vero N. 83. Auth. Cassa C. de SS. Eccles. Auth. statutum C. de Episc. & Cler. ubi is qui trahit Clericum ad judicium seculare, privatur suo jure, tam in civili quam in criminali causa, nam, cum Ecclesiae vasa, vestes, & alias res Deo sacrae exempta sint a seculari potestate, multo magis erunt personae sacrae Deo que dicatae. *Pirking.* l. c. *Seft.* II. §. 81.

(g) Quamvis ab initio privilegium fori Clericis hoc pacto con-

cessum sit, ne ad secularia judicia trahantur, seu venire compellantur, ut in Concilio Milevitano related in c. 42. Inolita, C. XI. q. 1. quæ verba solum ad invitatos proprios referuntur, non ad volentes: potest tamen constitutum est, ut etiam Clerici volentes coram judice seculari se purgare, litigare, vel respondere non possint, ut in Concilio Carthagin. Ideoque Pontifex in hoc cap. 12. utrumque illud concilium conjunxit, ut ostenderet priorem prohibitio- nem non sufficeret, sed necessariam fuisse posteriorem, quæ specialiter prohibet Clericis, ne in seculari judicem consentiant, aut privilegio fori renunciare valeant: idq; ob publ. favorem totius Ordinis Clericalis, in cuius opprobrium id redundaret, si Clerici divinis officiis dedicati per secularia judicia vagarentur. Quare Leges Civiles procedunt secundum jus antiquius, ut in l. 51 C. de Episc. & Cler. I. pen. C. de paclis, in quibus dicitur, quod Clerici exemptioni fori in instrumento renunciare possint.

dant, & a communione habeantur extranei, quam ob causam cum conventiones legibus certis de causis interdicta, non valent, (qua de re in l. 53, l. 5. C. de procurat. & l. 16. & ult. C. de pactis exempla nobis adsunt,) non immерito quoque a Pontifice prorogatio ad Clericorum fora civilia prohibetur.

## §. X.

Sed ne nunc quidem res expedita est; nam horum tex-  
tuum diffontiam demonstrare allaborat sepius hac in Di-  
sputatione laudatus, imo laude immortalis dignissimus Domi-  
nus Boemerus, qui citato loco §. 40. Justiniano palman  
tradit, inquiens: *Hæ due constitutiones sibinet invicem contra-  
dicunt & rationibus & ipsa decisione.* Prima ratio est, qua uti-  
tur Pontifex renunciationem hanc non esse juris P R I V A T I sed  
P V B L I C I; e contrario Justinianus ait, eam esse P R I V A T I  
juris b.e. PERMISSIVI, non PROHIBITIVI, id quod  
merito præferendum. Est quidem in confessò, juri PROHIBI-  
TIVO renunciari non posse; sed hæc genus probatum non est, hic  
adesse JVS PROHIBITIVVM, quin potius nudum PRIVILE-  
GIVM clericis competit, cui renunciare in CERTA CAVSA per-  
missum. Illudque probare annititur, cum pergit; Pontifex  
tamen etiam provocavit ad JVS PROHIBITIVVM, illudque ex  
CONCILIO CARTHAG. III. perit, ubi sub pena amittendæ  
rei evictæ prohibitum est Clericis se seculari judicio submittere.  
Sed inepta & insulsa est applicatio. Olim tam Laici quam Cle-  
rici in causis civilibus se poterant submittere episcopali judicio;  
adeoque Clerici in eo nullum habebant fori privilegium; Clericis  
autem magis commendatum esse debebat judicium episcopale, quod  
in eo celerrime sine magno sumtu & scriptura solenni procedere-

E 2

tur,

possint. Vel etiam dici potest  
Leges Civiles contra SS. canones  
nihil posse statuere, sed per hos  
corrigendas esse, quod attinet ad  
Clericos & personas ecclesiasticas;

& de facto solum non de jure hoc  
privilegium Ecclesiasticum Imper-  
atores revocasse, ut alii DD. com-  
muniiter respondent. Sunt verbi  
citati Pirbingii c. l. Sect. VI. §. II.

*Contradic-  
tur Boemero  
barum textu-  
um diffonan-  
tiam demon-  
stratu.*

36     *De foro clericorum protestantium,*

*tur, & per modum amicabilis compositionis lites soparentur.*  
Sed ut veritatem a falsitate bene distinguatis, sciendum, verum quidem esse, has duas constitutiones maxime a se invicem diserepare, & pontificem non privati sed publici juris renunciationem statuere, Justinianum e contra eam privati sive permisivi juris venditare; at falsum est, Justiniani sententiam esse præferendam, neque probatum adhuc esse jus prohibitivum, quod huic Constitutioni inest: quam enim expeditorem desiderare possis probationem, ea, quam paragraphis V. VI. & VII. prolixius deduxi. Deinde jus prohibitivum, quod Pontifex ex Concilio Carthag. III. desumfit, sufficit ad inducendam prohibitionem: omnis enim lex, quæ aliquid sub penalی sanctione vetat, sine dubio est prohibitiva: in hoc autem Concilio Carthag. III. Clericis expresse prohibetur res suas judici seculari deferre sub pena perditionis cause & exclusionis a communione: itaque jus prohibitivum adesse, nemo nisi sententia sua tenacissimus negabit. Et cum hoc ipsum tanquam ineptam & insulsam applicationem auctor allegatus rejiciat, opera pretium erit, ipsum propriis argumentis oppugnare. Faterur autem ipse §. 37. dum historiam hujus privilegii nobis demonstrat, multis annis retro ab Imperatoribus tam Laicis quam Clericis potestatem esse datam in Episcoporum arbitrium compromittendi, antequam in Carthag. Concilio III. Episcopi in promovenda hac immunitate solliciti fuerint altius. Quod si autem illud verum est, ut de ejus veritate ambigit nemo, jam privilegium singulare præ Laicis habuisse certum est, & illud judicium Episcopale illis non commendatum tantum, sed sub pena injunctum fuisse ne aliud judicium seculare eligerent. Quocirca cum probatum ad naufragium usque sit, adesse jus quoddam prohibitivum, concedendum mihi quoque est, Clericos foro suo renunciare non posse, quia nihil amplius ab antagonista meo desiderabatur. Neque id me commovet, ut ejus sententia accedam, cum sententiam suam

fiuam probare contendit ex eo, quod ideo tum temporis episcopale judicium tantopere Clericis fuerit commendatum; quia in eo cellerrime sine magno sumtu & scriptura solenni procederetur, & per modum amicabilis compositionis lites sponserentur, ut ex Espenio & Thomassino corroborare laborat. Verum enim est, ex his nullum sequi jus prohibitivum, exinde tamen non probatur, quod nulla alia prohibitio adsit & potest id quod ab initio est voluntatis ex post facto fieri necessitatis. Quemadmodum enim ab initio erat voluntatis, utrum Clericus uxorem ducere velit, an perpetuam virginitatem spondere; successu autem temporis expresse prohibebatur omnibus & singulis matrimonium inire: Ita quoque credo Clericos primo tempore, ideo tantum quia causæ circa strepitum forensem quam citissime finiebantur, forum Episcoporum agnovisse, sed tempore subsequente sensim sensimque fuisse coactos illud strictissime atque sub metu penæ sequi.

## §. XI.

Atque ita satisfactum esse huic objectioni arbitror, sed *Respondetur* refragantem adhuc video *Dominum Ludovicum* in Introduc*Ludovicio.* tione ad Processum Consistorialem, cui paucis respondebo, Provocat hic Cap. V. §. XI. ad aequitatem naturalem, ac dicit: *equitati conforme esse, ut quilibet juri pro se introduc*to* valide renunciare possit, neminique privilegium esse obtrudendum.* Ad aequitatem vero quod attinet, ego regero, multa posse per Leges ita determinari, ut ab aequitate recedatur; ut inter alia ex SCro Vel'ejano apparet, cuius ratio naturalis vix dari potest. Cum enim nihil magis naturale sit, quam ut fidejusfores solvant debitum in se receptum, nihilominus tamen leges aliud volunt, atque ejusmodi feminam a fidejussoria plane obligatione liberarunt. *Quoad alterum argumentum* eram non bis sed millies recostam denuo recoquerem,

38      *De foro clericorum protestantium,*

si illud refutarem: tamdiu enim illud negabo, usque dum mihi probatum detur Clericis non *Episcopis* hoc concessum esse privilegium. Et quia ego illud pro *Episcopis* introductum statuo, Clericis non beneficium datum sed onus impositum esse, est in aprico. His vero non acquiescit auctor, sed §. XII. Concilii Milevitani & Carthaginensis auctoritatem in dubium vocat: quia in eo potestas civilis nimis arctis finibus inclusa, clericalis vero stabili fulcro suffulta fuerit. Ea tamen ratio non facit, ut Clericis permittatur forum suum prorogare, sed potius docet, Clericis multo minus id licere ob arrogatæ ab *Episcopis* auctoritatis gravitatem. Paucis interjectis desiderat probationem consequentia illorum, quæ Pontifex Innocentius III. c. 12. X. de foro comp. narrat, quod, puta, illis juribus, quæ toti ordini concessa, ab uno vel altero renunciari non posset. Sed si hujus me participem reddere vellem, responderem ab instantia, toti studiorum ordini quoque concessum est privilegium forum, nihilominus tamen unum vel alterum, ei renunciare non posse studiorum. Sicuti porro militum ordini concessum est privilegium forum, ut tam in delictis militaribus, quam aliis, quæ cum ceteris civibus habent communia nullus judex alius cognoscere militesque punire possit, sed horum cognitio, inquisitio & poena ad judicia tantum militaria spectet, nullusque adeo miles licet malit, in delicto quodam, loci magistratui sese subjicere queat, & licet se subjiciat, nulla tamen reputetur sententia ab isto judge lata: ita quoque toti Clericorum ordini datum est privilegium causas suas coram Consistorio pertractandi, secundum illius sententiam; ideoque non possunt sese huic foro subtrahere, atque causas suas ad judicem secularis devolvere.

§. XII.

## §. XII.

Sed ut eo redeam, unde paulo ante profectus sum, negari *Probatur* <sup>x)</sup> non potest, Capitulum 12. X. de foro Competente esse praef-<sup>ratio decid.</sup> rendum legi 51. C. de Episcopis & Clericis, si modo tempora <sup>§. IX. ex bi-</sup> recte ponderaveris; siquidem hoc ipso tempore omnis in uni-<sup>stor, quia</sup> versum in Clericos potestas competens Laicis eripiebatur, illi-<sup>nempe tum</sup> que a potestate seculari plane eximebantur, adeo, ut ne mica <sup>temporis Epis-</sup> quidem pristinæ jurisdictionis fuerit relicta. Notum est ex <sup>tanta fuerit,</sup> *Innocentium III.* sedisse *Seculo XII.* *Justinianum* vero <sup>de Episc. data</sup> imperasse *Seculo VI.*, illoque *Seculo VI.* non tantam fuisse at-<sup>fuerit, quanto</sup> tributam auctoritatem Apostolicæ sedi, (a) quantum postea <sup>fuerit illo</sup> *Seculo XII.* sub Henricis, ubi ad summam perfectionis fasti-<sup>tempore, quo</sup> gium illa ascendit. *Quanquam* enim jam ante illa tempora, <sup>c. 12. X. de fo-</sup> <sup>ro Comp. pro-</sup> rem <sup>mulgatum.</sup>

(a) Exempla enim adsunt per multa ex historia, quod tempore *Justiniani* non tantum valuerint *Pontifices*, quam *Seculo XII.* Testantur id *Tituli* in Codice *Justiniane* de S. Trinitate; de fide Catholica; de S. Ecclesiis; de Episcopis & Clericis; de Hæreticis &c. in quibus *Justinianus* Leges Ecclesiasticas dedit, quibusque & Graeca & Latina Ecclesia paruit, adeo, ut in Can. 38. C. XI. q. i. ad *Justiniani* Novellam provocetur. Arrianis expulsis & destitutis honore ac munere, sacras ædes & fundos adsignavit orthodoxis *Justinianus*. Carthaginem auxit honore Afri- cani Pontificatus, Patriarchatus, Primatus; idque sine consensu & auctoritate antistititis Romani, per N. 131. c. 4. Id quod etiam confitat

de *Justinianæ Imæ Patriarchatu*, per Nov. XI. Convocavit Concilium Africanum a 535. in quo ventilatur Problema: utrum Episcopus vel Clericus Arrianus, ejerato arrianismo, orthodoxa formulæ subscribens, reminendus in Episcopatu ac munere Clericali, an illo excludendus? Primum approbavit, pro sua indulgentia, Imperator. Deinde docet *Petrus Saxius*, in *Pontificio Arelatenfi*: Auxoni- um Episcopum Arelatensem a Papa Romano, Vigilio, precibus sibi requisivisse honorem Galliae Pri- matus a 545, ait hunc Primatus Collationem fieri non posse in A- relatenfi Ecclesia, fine *Consensu Justinianii* repouuisse. Ratio il- lius omnino ab ipsius *Pontificis* *nezu erga Imperatorum* est deduc- <sup>cenda.</sup>

40      *De foro clericorum protestantium,*

rempublicam & hierarchiam suam stabiliebant Pontifices, facta subordinationes inter Episcopos praecedentia præ reliquis omnibus ab Imperatore Phoca, ob indignationem in Constantinopolitanum Patriarcham impetrata, appellatio-nibus introductis, palliis Episcopis oblatis, juramento fide-litatis erga sedem Romanam Episcopis injuncto, nunciis in totum

cenda, (inquit de Ludwig in Vita Justiniani M. p. 371.) Nam uti Roma, etiam sub barbaro jugo Gothorum, peperdit nihilominus ab Imperatore orientis, insche-matibus civilibus, utpote Consulatu, Patritiatu, Legibus, Mon-tis &c. ita etiam in regimine sacro-rum Christianorum scilicet Pontificatu, Infulis, Honoribus, Cano-nibus, Formulis, Ceremoniis ri-tuque. Erat igitur Papa Romani officium illud: neque illius tesse-ram Pallium largiri Episcopo A-relatensi, sine confensu *Justinia-ni*. Quod ægre non terabant ne-que alii neque Gallia Reges, quod, gentium quodam more, credere-tur tum illud Romano Imperio debeti in orbe, ut olim universo; ita tum, in Christiano minimum, principatum & præcipui jura cum alia plura; tum etiam hoc: *ut Pontifex ab Imperatore*, in veteri Roma, constitutus, ecclesiæ re-gnaret universi occidentis. Omnia igitur ab Imperatoris Romani de-rivanda auctoritate. Qui uti aliis populis Reges appellavit, ita etiam

indulxit eisdem deditque *Primates* sive Patriarchas, *Pape* Romani Vicarios. Quin imo *Theodori-cus Rex Gothorum* ipsum *Papam Romanum Joannem* a. 525. cogit, ad suscipiendam legationem By-zantium, nomine regali; ut Ar-rianis ibi conciliaret pacem, alio-quin eandem afflictionem se inta-turum in orthodoxos, passim. Atque cum hic *Joannes* apud Ju-stinum Imperatorem ex adverso contra Arrianos coactisset, hanc perfidiam legationis ultus est ferro, adfecitque ultimo supplicio ipsum Papam reducem, *Theodoricus*. Ulterius iussu *Theodati* Regis Go-thorum legationem ad Justinianum pro concilianda pace a. 536. suscipere debuit *Papa Romanus Agapetus*. Atque cum decesserit peregrinationis impensa, oppi-gnoravit templorum vala aurea. Inde vera est argumentatio Baro-nii; eo tempore nullas fuisse apo-stolicæ sedis civitias. Petri edi-ctum eo tempore etiam Agapeti fuisse: aurum & argentum non habeo; Sed ita quoque hoc est mani-

totum ferme terrarum orbem missis, qui Pontificis commendo invigilarent, Dispensationum, indulgentiarumque literis liberere erogatis, monachis & monialibus admissis: nunquam tamen tam in altum crescendi occasionem se nactos esse credebat quam Henricorum temporibus quare occasionem fronte capillatam arripiebant, ansamque sibi datam autumabant, se nonsolum a potestate Imperatorum in libertatem vindicandi, sed & Imperatores sibi subjiciendi. Ansam vero hanc dedit partim imperatorum nimia indulgentia, partim discordia, quæ inter Imperatorem & status Imperii Germanici intercedebat. Simoniaæ enim criminis Imperatorem accusabat Pontifex *Gregorius VII.* (b) adeoque ei collationem munerum Ecclesiasticorum amplius competere denegabat, eumque banni fulmine percutiebat, Episcopos quoque aliosque Imperii Status contra

manifestum: *S. Petri nullum tunc patrimonium fuisse. Quod neque Petrus neque Constantinus adsignavit Papæ; sed inferiorum temporum artes.* Præterea testatur *Marcellinus Comes ad II. annum post Belisarii consulatum: Vigiti faventem Papam Silverium ab episcopatu submovisse, & loco eius, Vigilium Diaconum ordinavisse Belisarium.* Tandem Roma recepta atque ab hostibus liberata, *Papam* pristino dignitate loco, decoris, honoris, amplitudinis, beneficiorum & immunitatum restituit *Justinianus*, ita tamen ut rerum ecclesiæ summa persisteret penes Augustum. Atque cum Romæ plenum jam dominium haberet *Justinianus*, fuc-

solius, non alterius auctoritate, constitutum voluit Romanum *Pontificem*. Deinde nominandi, demum & eligendi potestatem indulserunt imperatores Clericis, presbyteris & diaconis, unde orti postmodum purpurati Cardinales. Sed eo quidem temperamento: ut præsens esset suffragatoribus Cæsareus legatus, Commissarii verbo, honestatus. *Panvinii de Varia Creatione Romani Pontificis. Baronii, Mabilonii &c. Conf. de Ludw. cit. Vitam Justiniani M. & Sulpitii Severi Sacra Histor. Lib. II.*

(b) Conf. *Rechenbergii Disp. de Totatu Hildebrandino. Bertholdus Confant. ad a. 1074. Schilter de Liberti. Ecclef. Germ. L. 4.*

42 *De foro clericorum protestantium,*

contra eum concitabat, quo ipso imperatorem eo redigebat, ut tandem juri Episcopos constituendi renunciare cogeretur, quod ubi consecutus, non solum Episcopos a Potestate Imperatorum eximebat, sed etiam potestate totius Italix attracta, omnes Principes sub jugum Pontificum mittebat, se ipsum vero a potestate Imperatorum penitus eripiebat, ipsisque adeo Imperatoribus servitutem imponebat. (c) Congregata deinde Roma in Basilica Lateranensi Synodo generali, cuius novus orbis Christiani Dictator, XXVII. edidit capitula, qua dictatus appellavit, novos plane & antea inauditos, quibus continebatur, ut Baroniis in suis annalibus recenset, quod solus Romanus Pontifex jure diceretur universalis, quod ei liceret Imperatores deponere & constituerre ex libera voluntate, quod ab eo dependeret collatio omnium munerum ecclesiasticorum, quod subjectos possit absolvere a fidelitate, quod nullus denique condemnare possit appellantem ad fidem Apostolicam &c. Plura refert Sigebertus Gemblacensis in Monographia, cui Bellarminus de Script. Eccl. propterea succenset, quod hanc tyrannidem liberius descripsisset. (d) Cui instituto cum Imperator quam fortissime se se opponeret, (e) Pontifices in eo erant seduli, ut contra Imperatorem animos Principum quorundam Germanicæ inflammarent, ad quem finem imperandum non deesse poterat occasio. Cum enim Imperator in Thuringia (f) arces admodum multas exstruendas curaret;

c. 1. 2. 3. 4. *Vhlius de methodo Hildebrandina.* Petrus Damianus Epist. 32. *Launoius in veneranda Roman. Eccl. circa Simoni em traditione.*

(c) *Conf. Kieslingii Disp. de artibus Episc. Rom. in stabilienda Monarchia.* §. 38.

(d) *Conf. Rechenb. cit. Disp.*

*de Totatu Hildebr.*

(e) *Ursinus p. 340. & 394.* Bruno 197. Marianus Scotus ad a. 1077. Goldastus Tom. uno. p. 235.

(f) *Lambertus Schaffnab. ad. a. 1073 seqq. Bertholdus Conflant. ad a. 1073 seqq. Chron. Würzburg. ad a. 1070. Bruno Hist. Bell. Saxe.*

*p. 170 seqq. Auctior Vitæ Henr. L. i. p.*

ret; Saxones antea protestati, armis sed adversa fortuna experti, causam ad Pontificem deferebant, quo facto non poterat Pontifex, quin de Imperatore judicandi licentiam sibi sumeret, eum Banno infligeret, omnes subditos a fidelitate & obsequio absolveret, *Henricumque IV.* de Bello Saxonico respondendi causa ad se citaret, (g) neque prius acquiesceret, quam veniam ab ipso Pontifice supplex peteret (h) quem dixi Henricus cognomine Quartus. (i) Quæ bella integ *Henricum V.* & Pontificem *Paschalem II.* de investitura (k) Episcoporum gesta fuerint & quomodo denique ipse Impe-

F 2 rator

i. p. 21. *Ruperti Hist. Bell. Sax.* L. p. 21. *Marianus Scotus ad a. 1075.*

(g) *Lambertus Schaffnaburg.* ad a. 1076. *Bruno Hist. B. S.p. 196.*

*Bertholdus Constant.* ad a. 1076.

*Baronii Annal.* p. 200. & T. II. ad

a. 1076, n. 25. *Cherubinus Magn.*

*Bullar.* Roman. T. i. *Lehmanni*

*Chron.* Spirens. L. 5 c. 31. *Benno*

*Vita Hildebr.* L. i. *Auctor Vit.*

*Henr.* IV. p. 383. *Otto Frisingen-*

*sis L. 6. C. 35.* Id. de *Gestis Frider.*

I. L. i. c. 1. *Marianus Scotus ad a.*

1075. *Canifius* T. 6. *Lect. antiqu.*

p. 1234.

(h) *Præter eit. auctores.* *Leo*

*Ostiensis Chron.* Cassinens. L. 3. c.

49. *Leibnitz.* T. i. *Script.* Bruns.

*Bruno L. 2.* *Gregorius L. 4.* Ep. 12.

*Baronius T. 9. ad a. 1077.* *Goldast.*

*Tom. uno p. 239.*

(i) *Notez ceteroquin satis sunt*

*Historiae Fridericorum vid.* Aventi-

nus in *Annal.* Bojorum. v.

*Haupt Vertheidigung des*

*Aug. Apffels & Buddeus in*

*Exerc. de Ludovicº Bavar.* Kier-

lingii Disp. all. §. 6. p. 8. Puffen-

dorff. Hist. T. i. C. X. §. 21 seqq. &

C. VIII. §. 4. 5.

(k) *Conradus Urspergenensis p.*

265 seqq. *Sugerius ap. du Chesne T.*

4. p. 289. *Aunal.* Hildesheim. ad

a. 1077. *Apologia Goldasti pro Henr.*

IV. ubi Sigeberti Gemblacensis epist.

invenitur. Heinrich Meibom. Dis-

de Jure Investitura Episc. Imp.

Rom. a Pontif. per vim ademto.

*Chron.* Magdeb. ap. Meibom. T. 2.

p. 323. *Petrus Diaconus.* L. 4.

c. 33 seqq. *Otto Frisingensis L. 7.*

c. 14. *Helmoldus L. 1. c. 39.* Donni-

zo in vita Mathild. L. 2. c. 18.

*Dodechinitis ad a. 110.* *Goldastus*

*Tom. uno p. 256.* *Matheus Paris.*

ad a. 112. *Albericus ad a. 111.*

*Viterarius Illustratus p. 534.* *A-*

*ventinus L. 6. c. 2.* *Nicol.* Aleman-

nus not. ad Procop. p. 23. *Baronii*

*Annal.* T. 12. ad a. 112.



44 *De foro clericorum protestantium,*

rator illam Romano Pontifici concederit, quis est, qui ignoret? Post illa vero tempora ubi sedem Apostolicam occupavit *Innocentius III.* qui omnem hanc potestatem a majoribus quasi hæreditario jure accepit; nullum est dubium majorem eum habuisse potestatem in concedendis privilegiis, legibusque sanctiendis, quam forsitan Pontifices ante *Iustiniani* tempora habuerint. Etsi ideo temporibus *Iustiniani* liberum fuerit forum suum prorogare, aucta tamen postea Pontificum potestate aliud quid constitui potuisse quis negat, præsertim cum cap. 12. X. de foro comp. Pontificum jam potestate stabilita, expresse Clericorum prorogatio sit prohibita. Possem ego illud argumentis ac testimonio evincere quam plurimi, nisi

*Simile ab A. res ipsa loqueretur illud tamen de Asylis, cum insignius & illustrius sit exemplum, ut reliqua omittam, præterire non possum. Quis enim nescit, primarium Consecrationis Templorum effectum esse sanctitatem eorum, qua ædificium per consecrationem pristinam naturam secularem amittit, & ab omni jure Laicorum in dominium Dei transfertur, cuius depositæ naturæ secularis, omnisque juris Laicorum cœlantibus effectus dicitur immunitas ecclesiastica. (1) Ad hanc vero pertinet *jus Asyli* quo confugientibus ad ecclesiam tutissimum præbetur receptaculum, ut sine sacrilegio extrahi non possint. Primitus enim Episcopi Imperatoribus persvasisse videntur, templis omnimodam immunitatem deberi jure divino, cum jam Seculo IV. frequentissima fuerint perfugia ad tempora, ubi ab Episcopis, penam sanguinis vehementissime aversantibus, intercessionem emendicabantur miseri ad tempora confugientes. Ast cum hoc jus statim ab initio in insignem abusum traheret; illud valde limitare cœperunt Imperatores, ne nempe omni nebulonum turbæ ad tempora confugiendi concedatur securitas, sed ut extrahi possent & deberent i) debitores publici*

(1) Conf. Boeckmeri *Jur. Eccl. Prot.* T. 3. L. 3. T. 49. §. 17 seq.

blici L. i. C. Theod. de his qui ad Eccles. confug. & 2) delinquentes dolosi l. 3. C. & l. 4. C. Theod. eod. Restitutum vero est omnimodum *Jus Asyli* dolosis etiam delinquentibus (m) a Leone I. L. 6. C. eod. Justinianus (n) iterum correxit Nov. 17. c. 7. in pr. Pontifex vero Innocentius III. c. 6. X. de immun. Eccles. eo hanc immunitatem extendit, ut neminem nisi publicos latrones & nocturnos depopulatores eximere licet, ceteris autem quibuscumque facinorosis Asyli securitas permitteretur. Ex his, quis non, videt, licet res quædam ab Imperatoribus longe aliter sit ordinata, Pontificem tamen aliud quid constituerem potuisse, præsertim potestate pontificia in summo gradu constituta.

## §. XIII.

De cetero inter omnes constat *Jus Romanum* non minus *Probatur II.*  
 quam *Canonicum* plura de rebus Ecclesiasticis disponere, & *ratio decid.*  
 quatenus cum *Jure Canonicō* conspiret, magnum in foris  
*Protestantium* exhibere usum; quatenus vero ei contradicat, *Jus Canoni-*  
*Cum Juri Ci-*  
*Jus Canonicum* ei præferri solere: ex quo patet, quantum  
 teneat auctoritatem in foris *Protestantium* *Jus Pontificium*. *etiam apud*  
*Protestantes.*  
*Quod enim ad Decretales attinet;* sunt illæ auctoritate *Ponti-*  
*ficum* publicata & in vim Legum ecclesiasticarum per totum  
 mundum dispersæ, & aucto dein per Germaniam *Canonista-*  
*rum* numero praxis earum imo ipsius *Juris Canonici Proces-*  
*sus*, hinc & inde invaluit, radicesque egit firmissimas.  
*Praxis juris Canonici* sub *præsidio Episcoporum*, & aliorum  
 judicium ecclesiasticorum, imo ipsis adjuvantibus *Imperato-*  
 ribus,

F 3

(m) Conf. Engelbrechtii Diff. de injusta Asyli immunitate Eccl. ad crim. dolos. extensa C. II. & Electa Jur. Publ. T. XIV. P. I. n. 1. & P. III. n. 7.

(n) Exemplum, ubi templa non fuere agnita pro Asylis a Theodora recenset de Ludw. in Vita Justin. M. p. 167.

46 *De foro clericorum protestantium,*

ribus, magnum auctoritatis pondus in foris Germanicis esse consequatam, talo veritatis stat firmissimo, præsertim cum a Friderico II. & Rudolpho Imperatoribus, accedente publico ordinum decreto, confirmatum Seculo XII. fuerit *Jus Canonicum*, qualis confirmatio Juris Romani ostendi non potest. Quanquam quoque conatibus papalibus gravissime restiterunt Imperatores, libertatem ecclesiistarum Germanicarum & Imperii defendendo, id ipsum tamen nihil auctoritati *Juris Canonici* per Germaniam detrahere potuit. Cumque coniuncto tunc temporis utroque Jure & Canonicō & Civilī hominibus persuaderetur secularem potestarem dependere a spirituali seu ecclesiastica, ideoque hanc illi esse præferendam, *Canonicum* subinde primatum retinuit, & Civile *Canonicō* fere subjectum manxit. Quoniam etiam quoad maximam partem negotia civilia respiciunt decretales, non est existimandum, quam dixi præminentiam tantum juri *Canonicō* attributam fuisse in spiritualibus & ecclesiasticis, in materiis vero Civilibus *Jus Civile* fuisse prælatum, sed statuendum potius, Clerum Pontificium Laicis *Jus Canonicum* quoque quoad hæc negotia variis sub prætextibus, pietatis nimirum, æquitatis, glossatorum auctoritatis, combinationis deniq; *Juris Canonici* & *Civilis*, obtrusisse, Et licet postea ineunte Reformatione Lutherus omnem lapidem moveret in extruncando Jure *Canonicō*, non potuit tamen prohibere, quin *Juris Canonici* auctoritas eo magis promoveretur, ut nullum indicium factæ alicujus mutationis & abrogationis adduci possit, imo potius ut pro observantia hujus juris anxie laborarent JCtrem eo reduxit. Quando vero quidam in eo sunt, ut usum *Juris Canonici* in foris Protestantium ad certa capita redundant, in aliisque ejus usum esse nullum contendant: incerta tamen horum capitum enumeratio, partim quia *Jus Canonicum* ante Reformationem in totum fuit receptum, & de restrictione ejus post reformationem ad certa capita non constat,  
partim

partim quia praxis contradicit, quæ sese his limitibus non adstringit, partim denique, quia DD. ipsi inter se non satis convenient, aliisque plura, alii pauciora capita enarrant. Neque illi ferendi sunt, secundum Boehmerum in *J. Prot. Eccl. L. 1. T. 2. §. 71.* qui regulas adhuc quasdam his capitibus superaddiderunt, quia saxe factum, ut errores glossatorum per aucto ritatem Juris Canonici jus constituerint, cum illi doctrinæ morali antiquitatibusque Romanis plane destituti in ardore quæstionibus se se aliosque deceperint, & pontificibus ad decetas epistolas concipiendas autores fuerint. Atque non solum in causis civilibus, sed etiam Ecclesiasticis in foris protestantium insignem præstare usum etiam ex eo Pater, quod ordinationes Ecclesiasticae a Principibus introductæ ex jure Canonicæ magnam partem extractæ videntur, ide que, si quid dubii adhuc occurrat, ad illud recurrendum sit. Illud adhuc disceptatur, utrum in omnibus *Jus Canonicum* receptum, an tantum in quibusdam. Quod ut removeam, ante omnia Illustris Domini Boehmeri sententiam quæ palmam omnibus aliis præripit, adhibeo, qui asserit, generaliter olim fuisse receptum *Jus Canonicum*, & generaliter quoque retentum, sed per ordinationes ecclesiasticas in multis capitibus limitatum, sicut ipsum *Jus Canonicum* inter catholicos novioribus legibus in multis correctum emendatumque est. Dumi autem dico, generaliter illud esse retentum, id tantum assero, ad certa quedam capita usum ejus inter Protestantes restringi non debere, neutquam vero, promiscue & abque judicio *juris Canonicæ* traditiones inter Protestantes admittendas, sed potius media via incedendum, ut neque in totum decisiones hujus juris rejiciamus neque temere & sine debito examine easdem sequamur. Ex quo luce meridiana clarius eluet, deficientibus Ordinationibus Ecclesiasticis apud Protestantes *Jus Canonicum* adhuc insubsidium florere, adeoque *juri Civili* præserendum. Si ve-

48      *De foro clericorum protestantium,*

ro est præferendum *Juri Civili* & adhibendum deficientibus Ordinationibus Ecclesiasticis item non dirimentibus, sequitur, in prorogatione fori Clericorum dispositionem Juris *Canonici* esse arripiendam. Nam cum *Elektor Saxonie Potentissimus in Eccl. Ordin. sub Tit. von beydem Consistoriis. cap. 7. §.* Alle Sachen die Pfarrer, Kirchen und Schuldienner, Vocation, Amt, Dienst, Leben und Wandel, Translation, Dismission, Suspension, Handlung und Verbrechung, belangend; exprefse secularia & Ecclesiastica judicia separaverit & certas causas foro Ecclesiastico alligaverit, neque fori prorogationem Clericorum exceperit, etiam in hoc casu *Juri Canonico* standum autumo, præsertim cum verum sit rationem legis semper respiciendam, qualis hoc loco a *serenissimo Eleflore* adhibetur, ne confusio inter causas oriatur, sed omnia bono ordine tractentur. Et sicuti pro diversitate ordinum diversa etiam judicia & dicasteria reperiuntur constituta, ne omnes sine discrimine coram uno conveniantur tribunali: ita etiam principibus & statibus Imperii Evangelicis, ad quos per transactionem Passavensem & pacem religiosum jurisdictione episcopalibus quasi postliminio est devoluta, æquum vi sum fuit, certa instituere judicia Ecclesiastica, iisque tam Ecclesiasticas quam Politicas personas præficere, coram quibus Clerici convenientantur.

§. XIV.

*Ratio dubi-*

*zandi III)*

*Quod bivar-*

*ebiam Papa-*

*tem sufficiat.*

Quod reliquum est, & primo ponendum fuisset loco, sum in eo, ut dubium ab omnibus fere motum, removeam. Objiciunt enim, desistendum esse ab omnibus conclusionibus, quæ ex principiis fluunt a nostratis vel rejectis, vel cum statu ecclesiarum nostrarum pugnantibus, & hierarchiam papalem sufficiens. Iam vero, interdictionem prorogationis fori ex reprobatis principiis habere originem: Ergo etiam hoc assertum a Protestantibus longe alienum esse debere. Et ego non tenaciter pernegabo, hæc primo quidem intui-

intuitu videri quam verissima; sed si intus ea aspicias, ea non plane nostram sententiam evertere cognosces. Fatetur enim *Thomasis ad Lancellorum p. 1244.* ipsam divisionem judiciorum in civilia & ecclesiastica, & causarum in civiles & ecclesiasticas, in se non magis virtuosam esse ac divisionem in judicia civilia & criminalia, civilia item & militaria, in causas feudales & non feudalis; sed in expositione & praxi hujus distinctionis multos errores multaque vitia fuisse commissa, contendit. Quin imo si temere affirmare anniteremur, omnia ista, quæ ex principiis a Protestantibus nunquam admissa originem ducunt, esse e medio tollenda, quæ quæso! rerum fa-  
ciles? quanta immutatio in causis matrimonialibus (a) aliis-  
que sufficienda foret? (b) At enim vero, quis non videt

*Ratio decid. a Thomasi.*

*Ratio decid. a Prin- papali nigrum cur.*

causarum recenset de *Ludw. in Comm. ad A. B. T. I. p. 294. v. g.* ipsa Electio adhuc Imperatoris Romani in Templis fit. Promotions Doctorales & Magisteriales. Uactiones Regum & Coronations. Sponsalia nihil sancti in se habent, sed quia ab initio preces publicæ ea de cause in Ecclesia fundebantur, successu temporis mos introductus, ut sine Clerico nulla celebrentur sponsalia. Edicta-  
les Citations *Nubentium* ad curiam pertinent & tamen Clericis sibi has sumserunt. Nomina olim imponebantur in curiis, sed Clerici ad sacram fontem traxerunt. Sepul-  
tura etiam olim ad rem politicam pertinuerunt, verum hodie Clericorum presentia in iis omne fert punctum. Manumissiones & adoptiones olim in Ecclesia instituebantur, & quæ sunt plura.

G

(a) Quem fugit? causas matrimoniales ad forum Ecclesiasticum pertracta esse a Pontificibus ad hierarchiam correberandam sub praetextu sacramenti, quam fictionem optimè inspexerunt ac cognoverunt Protestantes. Neque ipsorum Protestantium ratio, quæ vulgo reddi solet, omni exceptione major esse videtur; quod sit matrimonium status a Deo ipso introductus. Claudicat enim consequentia, cum etiam alii status a Deo constituti deprehendantur v. g. Status militaris. Neque matrimonialia ideo ad Consistorium pertineret, quia sint cause conscientiae. Id enim si supponas, omnes cause, quas modi tibi singes, conscientiam artingent, adeoque omnes ad consistorium essent referenda. Conf. *Thomas. ad Lancell. p. 1255.*

(b) Totum catalogum talium

50 *De foro clericorum protestantium,*

*ratio decid. 3.)* a Principis arbitrio dependere , utrum velit usum eorum  
dependentia  
men omnia  
bac. a Princi-  
pe, quatali.

subditis permittere ? ac causas matrimoniales Confistorio  
tradere, an minus. Atque ut omnia in unum complectar, quia  
Principi vi summi circa sacra juris relista est potestas ordi-  
nandi causas ecclesiasticas , poterit etiam Clericos Confisto-  
riis ita adstringere, ut prorogare illud forum , plane non va-  
leant.

*ratio decid. 4.)* principes ha-  
bent longas  
manus, pos-  
sunt bodie  
persecut. Cle-  
ricorum a-  
sum infin-  
gere.

Denique hierarchia Episcoporum fulcra subjici per  
Clericorum subjectionem , aperte falsum atque contra faci-  
em praesentis Reipublicæ Status est. Quia non amplius duo  
diversa in Republica summa Regimina, Imperium & Sacerdo-  
tium occurruunt per §. II. (b) (c), sed omnia a Principe re-  
guntur, qui Episcopos in ordinem redigere, conatibusque eo-  
rum obicem ponere, si velit, potest. Accedit, quod non po-  
si dici, Episcoporum potestati subjici , & a potestate Princi-  
pis seculari plane eximi Clericos per fori privilegiati consti-  
tutionem : permanent enim omnino sub potestate Principis se-  
culari, licet aliud habeant nomen, quia hoc ipsum forum quod

*ratio decid. 5.)* permanent  
Clericiniib[us]o-  
minus sub po-  
tentia Prin-  
cipis. Et  
Confistorii  
adscribantur.  
Quia Conf.  
foriorum a Pre-  
miae Potestati videtur, qua Confistoria constituit, personas  
ut aliud judi-  
cium secularare  
dependet.

agnoscunt, perinde, ut omnia cetera judicia, a Principe est or-  
dinatum ab eoque dependet. Quapropter adimi quid su-  
per certas nempe Clericos illis adscripsit, si illi aliud judic-  
um sibi eligere in animum inducant.

§. XV.

*Ratio dubi-  
tandi IV. quod  
reconvenio-  
nit species pro-  
rogationis.*

Novum in mentem mihi venit hanc spennendum dubia-  
rum, quod Theſin meam primo aspectu deſtruere videtur. Eſt  
ſcilicet illud ex §. III. deſumitum, in quo prorogationem  
fori deſcripsi, eamque diuiſi in conventionalē & legalem.  
Hac legalis vero, quia omni actori necessitatē imponit fo-  
rum ſuum prorogandū, quod fit per reconventionem, ſen-  
tentiū excitat, utrum Clerici etiam, ſi coram ſeculari judge-  
actores fuerunt, in eodem iudicio reconveniri poſſint. Id  
quod ſi verum, exinde inferri poſterit: Prorogationem fori  
Clericorum

Clericalis non adeo rigorose prohibitam & interdictam esse,  
ac interdici posse. Multi enim sunt ex jure Consultorum  
numero Viri in jurisprudentia haud parum excellentes, quos  
hac in causa fluctuare & inter se dissentire videoas. Et sane <sup>arg. negant. 1)</sup>  
multum dubii in eo latet, quod tam Jure Civili, quam Ju-  
re Canonico sancitum, (a) quenlibet actorem coram eodem  
judice reconveniri posse, coram quo reum convenit, etiamsi  
intuitu personæ actoris plane incompetens existat. Neque <sup>arg. negant. 2)</sup>  
Clericus actor in ullo jure ab hac regula expresse excipitur,  
nullusque textus, quo Clericus actor reconventionem co-  
ram eodem judicio etiam Laico declinare queat, proferri in  
medium potest. At enim vero hi textus in genere tantum <sup>arg. affirm. 3)</sup>  
de reconventione loquuntur sine respectu ad Clericos, neque  
in mentem legislatoribus tam civilium legum quam Cano-  
num venisse his in locis divisionem Laicorum & Clericorum,  
privilegiisque fori Clericorum meminisse, arbitror, sed potius  
naturam tanti privilegii requirere censuerunt, ut a reconven-  
tione quoque in foro Laicorum sint immunes. Præprimis <sup>arg. affirm. 2)</sup>  
eum in Jure Civili, Auth. Statuimus. C. de Episc. & Cleric.  
Laici Clericos in quæstione criminali, aut civili ad judici-  
um seculare trahere prohibeantur, & Jus Canonicum ejus-  
modi reconventionem vetuisse videatur, dum generali sancti-  
one ipsam conventionem prohibuit can. 5. 6. 8. & 14 C. XI. q. 1.  
& cap. 4. 8. 10. X. de Judic. c. 2 & 7. X. de foro comp. & cap.  
un. de Cleric. conjugat. in 6to. Distingit equidem Domi-  
nus Fleischerus in *Dissertatione de Reconv. Cleric. in foro Laico-* <sup>Respondetur</sup>  
*Fleischer.* <sup>rum p. 29.</sup> inter causas privilegiatas v. g. spirituales, eique an-  
nexas, & inter causas communes ; ita ut, quod ad has atti-  
G 2 net,

(a) Secundum Jus Civile illud profertur c. 1. & 2. X de mut. pe-  
affirmatur ex l. 22. ff. de Judic. l. petit. & c. 3. X. de Rescript. in 6to.  
14. auth. Consequenter C. de sent. conf. Thomas. ad Lancell. p. 147.  
& interlocut. omn. jud. Nov. 1479 Brunn. ad ff. L. 5. T. 1. l. 22.  
XCVI, c. 2. Ex Jure Canonico q. 2. 3.

52 *De foro clericorum protestantium,*

net, locum habeat reconventio Clericorum in foro Laicorum, & proinde Clericus in eodem actor, rursum ut reus ibidem reconveniri possit, secus obtineat, ubi causa reconventionis spiritualis fit. Verum enim vero quia lege non distingue-  
te, nec nostrum est distinguere, has leges sine distinctione in-  
ter causas spirituales & communes accipiendas esse duco. Quæ responsio etiam ad reliqua Viri Consul. argumenta  
pertinet, si ita pergit: Deinde, diligentius expensi textus ex  
jure utroque allegati, quo minus evertant hanc distinc-  
tionem, impedimento est, quod intelligendi sint de conventione  
principalī, & prorogatione jurisdictionis, quæ est *hominis*  
& *voluntaria*, non de reconventione, & prorogatione neces-  
saria. Dum enim in his textibus nulla sit mentio distinctionis in prorogationem legalem & conventionalem, nec no-  
strum erit ita distinguere, textusque citatos ita explicare Non  
mihi animus est omnia, quæ in cit. Disp. allara sunt persequi.  
Unum quod maximum videtur tantum attingam argumen-  
tum. Nimur alterum ponit suæ sententiaæ fundamentum  
*arg. negant. 3) ex mente Flei-  
scheri.*  
pag. 30. in eo, quod Clericus temere conveniens Laicum,  
ab hujus judice, coram quo causa cecidit, in expensas con-  
demnari possit, per § 1. Inst de pœn. temer. litig. l. 79 ff. de  
judic. Auth. Post Jusjurandum C. d. tit. Ex quo concludit,  
Si Clericus temere conveniens Laicum in expensas conde-  
mnari potesta judice Laico, sequitur, quod Clericus conve-  
niens Laicum ab hoc reconveniri etiam possit in foro Laicorum.  
*arg. affirm. 3) defunctum  
a) ex natura  
Processus.*  
Sed qui connexionem hujus propositionis probe  
expendit, videt facile, eam non firmo satis pede esse sufficiam,  
cum natura Processus postulet, ut ille, qui causa cadit, five  
sit actor five reus in expensas condemnetur. Hinc si actor est  
Clericus & perdit causam, non potest non condemnari. Ex  
hoc ipso vero ad reconventionem adstruendam non valet con-  
secutio. Condemnatione Clericorum temere litigantium sine  
*Erga Brochar-  
dico: Odios/a* dubio panz loco judicii Laico permissa est, ut nempe Clerici  
detur

deterreantur ab improba conventione Laicorum, hæc autem *sunt restrin-  
pœna odiosa est quam maxime*, & in odium horum temere *genda magis*,  
*convenientium statuta*. At de odiosis inter vulgus notum est *quam exten-  
denda*.  
verbum illud: *Odiosa non sunt extendenda sed restringenda*.  
Ideoque palam est, reconventionem hanc Clericorum coram  
seculari judice ex hoc fundamento nunquam probari posse.  
In primis cum *Dn. Robertus König*, in meam sententiam eat, *v) a testim.*  
*quem quidem Dominus Author refutare alaboravit, sed fine Königii,*  
*sufficientibus fundamentis ac rationibus*. Ille enim ad Tit.  
de mut. petit. §. 3. n. 10. inquit, *condemnationem partis viæ in  
expensas cause principali necessario connexam fore*; sed recon-  
ventionem *ex sola voluntate libera conveni originem suam trabe-  
re*. Quocirca argumentis in cit. Disp. cap. 3. dissentientium *Ratio deci-  
dendi 1)*.  
allatis, quæ non satis refutata sunt ab auctore, album mihi ad-  
dere liceat calculum, atque ea pro corroboranda mea thesi hoc  
in loco inserere. Quorum primum & maximum est, quod,  
si Clericus a Laico reconveniri possit coram judice in foro  
Laicorum, sequatur, quod privilegium fori, quod toti Cle-  
ricorum ordini semel concessum, facili negotio eludatur.  
Alterum est, quod Clericus coram judge in foro Laicorum *Ratio decid. 2)*  
conveniri nequeat, adeoque etiam eum ibi reconvenire non  
liceat. Hoc enim facto Clericus subjeceretur judicii inferioris *Rat. decid. 3)*  
ordinis, cum tamen cum cura cavendum, ne quid starui ac or-  
dini suo noxiun admittat. Tertium se se fundar in eo, quod *Rat. decid. 4)*  
Clericus non possit prorogare jurisdictionem judicis Laici,  
quia renunciare privilegio fori sui nequit per c. 12. X. de foro  
comp. Tantum itaque absit, ut Clericus in foro Laicorum *Rat. decid. 5)*  
reconveniri possit, quia per reconventionem inducitur quæ-  
dam prorogatio. Quartum & ultimum probat, generalem  
dispositionem, non comprehendere ea, quæ specialem exi-  
gunt expressionem. Qua de causa regula illa generalis, vi cu- *Rat. decid. 6)*  
jus actor coram eodem judge a reo reconveniri potest, ad spe-  
cialem istam dispositionem non est extendenda, qua decerni-  
tur,

54      *De foro clericorum protestantium,*

*Rat. decidi.* *v* Quibus ego argumentis unum addam adhuc firmissimum fundamentum, desumptum a comparatione Vasallorum cum Clericis. Illos enim in tractandis causis feudalibus neque per reconventionem ad forum ordinarium trahi posse certum est, vide *Exc. ll. Domini Mencken Disp. de foro comp. Vasall. Simult. Invest. Et c. p. 8.*

6. XVI.

*Uus Practi-  
cus cuius libe-  
ratis.*      Sentio nunc Lectorem benevolum expectare atque a me exigere, ut pensitatis jam principiis ac fundamentis sententiaz meæ excussis usum quoque practicum illius proponam. Sed licet fatendum mihi sit ingenue, omnem ferme Practicorum multitudinem, a mea abhorrente opinione, neque non nisi paucos album sententiaz meæ addere calculum; non possum tamen eorum rationibus in aliam partem traduci, quia illæ tam infirmæ sunt, ut eam, quam sequuntur sententiam, mihi non persuadeant. Recedit a me sententia Schilterus *L. I. Inst. Jur. Can. T. 18. §. 9.* ex errore principio, ac si privilegium fori ordini quidem datum esset, non tamen ut *universis*, (a) sed ut *sin-  
gulis*, & hinc sequeretur quod Clericus renuncians & jurisdi-  
ctioni alienæ se subjiciens, de jure suo quidem detraheret, non vero de jure publico. Verum in sententia, quam præ me fero, tamdiu persevero, usque dum mihi probatum fuerit contrarium. Deinde nec comes nec socius

*Zieglerus.*      est nostræ sententiaz Zieglerus *ad Lancell. Lib. III. T. I.*

*Bergeri Oec.  
Jur.*      §. 4. verbo *Pactionibus*: cuius tamen sententiam cum jam §. VIII. adduxerim, (b) nunc ei non immorabor. Neque nostræ adstipulatur sententiaz Bergerus *in Oeconomia Juris L. IV. T. 4. §. 3. n. 4.* qui codem cum Schilero utitur argumen-  
to, dum concedit *sigillatim & in specie, non in universum* *Et*

*in*

(a) *Cujac. B. Strauch. ad L. de-  
cis. Diff. i. c. IV. 32. seqq. Grevous  
Concl. Pract. 37. n. 14. seqq.*

(b) *Vide supra plura testimoniæ  
§is VIII. IX. X. XI.*

in genere renunciare posse: (c) sed hoc ipsum ntitur illo  
præjudicio ac si Clericis, ut singulis, datum esset hoc privile-  
giū, & per bonam consequentiam etiam singuli ei renunciare  
possent. Tandem nec nobis assentitur *Stryckius de Caur. Cont.*  
*Sect. I. c. 5. §. 18.* (d) qui ubi exceptiones generales in omni-  
bus contractibus adhiberi solitas, enarrat, exceptioni fori pri-  
mum locum attribuit. Et licet de renunciatione fori Cleri-  
corum dubius sit; illud tamen dubium removet, inquiens: Ve-  
rum cum ratio hujus capituli dudum impugnata a *Cajacio*, nibil  
enim ordinī decedit ex unius Clerici renunciatione, merito inter  
Evangelicos valere renunciationem Clerici dicimus. At enim  
vero jam antea monū in honorem Episcoporum concessum esse  
hoc privilegium, quibus per renunciationem subditorum dete-  
riorari nequit.

*Beyerus equidem in Delineatione Jur. Civilis Tit. de Jurisdictione Posit. 40. patet, renunciationem Clerico-  
rum valere in uno alteroque casu, non autem in totum, si  
nimisimum omnem prorogare vellent jurisdictionem, neque  
amplius Confistoriam pro iudice recognoscere. Sed ego etiam  
hac in decisione dubius ancepsque hæro, & non video, quare  
Prorogationem Clericis in odium Confistoriorum largiamur.  
Favet meꝝ sententia Vir judicij acuminé præstantissimus bea-  
tus *Tritius*, qui in *Jure Privato p. 1134. §. 9.* ait. In *Territorii Pro-  
testantium*, utrumque forū, ab eodem principio, dependet, hinc ex  
voluntate imperantis hac de rejudicandum est. Non videntur igit̄  
sur manente statu Clericali, Clericos foro suo renunciare posse,  
ne iurisdictiones turbentur. (e) Secutus etiam est hanc fer-  
tentianꝝ (f) *Ictus & Legum & Litium* peritissimus, *Bar-  
thius in Hodegeta forensi Cap. I. de Processu in genere §. III.**

dum

(c) Eius d. sententia est *Stryckius Not. ad Brunni. Jus Ecclesiast. L. 2. c. 1. §. 22.*

(d) Et supra §. IX. n. e)

(e) Vide & ejusdem *Probae L. II.*

(f) Item & *Dn. Mencke in Sg-  
nopf. ff. L. V. t. 1. §. 43. & Brunni-*

*in Conf. 142. & in ff. L. 2. T. 1.*

*§. 18. n. 2.*

56 *De foro clericorum protestantium, &c.*

dum Aduocatis Examen judicis competentis commendat,  
& in not. b) rationem eius exhibet eam verbis: *Quia militum, Clericorum & studiosorum fora improrogabilia esse assentur, adeo ut nec contra eos ab incompetentे judice lata sententia rei judicatae vires consequatur, nec executioni demandari queat, quin vetitum illud examen appellatur, & actor jure agendi iudex vero in causa militari ad eum non pertinente cognoscens capitali animadversione in l. s. C. d. jurisd. omni. judic. punitur &c.*

§. XVII.

*Conclusio:*

Qua de causa, cum interdictionem prorogationis fori Clericorum etiam apud protestantes ex ipsis Protestantium principiis fluere, rationibus hisce firmissimis demonstratum dederim, coronidem meæ imponam Disputationi. In qua si cui nonnulla dubia videantur, eum rogo, ne coram interprete malevolo me conveniat, cuius forum sine dubio declinabo, ad lectorem candidum & æquum provocaturus.

T A N T V M.

---

ERRATA.

p. 4. linea 17. Col. b. lege *ingenia* pro *ingenia*. p. 9. a. 21. adde *Falluntur* igitur, qui &c. p. 14. b. 12. lege *posteriori* pro *posteriori*. p. 15. 3. lege *precedente* pro *peccidente*. p. 19. a. 16. l. *Tu*, pro *Tu*. p. 21. 1. lege *æque ac pro atque*. p. 24. 20. lege *ventilatis* pro *ventilitatis* p. 26. 8. lege *Audientia* pro *Audientia*. p. 27. a. 3. lege *Juris* pro *Juri*. p. 29. 19. lege *affireret* pro *afficeret*. p. 32. a. 1. lege *Stryck* pro *Stück* & 8. lege *ordini* pro *ordine*. p. 40. 2. lege *subordinatione* pro *subordinationes*. Et post *Episcopos* fac *commia*. p. 46. 4. lege *Seculo XIII.* pro *XII.* p. 48. 19. lege *religiosam* pro *religiosum*, reliqua.








Leipzig, Diss., 1731 n-2  
X 241 7837





DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
JVRIDICIALIS ECCLESIASTICA,  
DE  
**FORO CLERICORVM**  
**PROTESTANTIVM,**  
**CONSISTORIO, NON PRO-**  
**ROGABILI,**  
QVAM EX DECRETO ET AVCTORITATE,  
INCLVTI, QVI LIPSIÆ VIGET,  
JCTORVM ORDINIS,  
PRO ROSTRIS CONSVETIS, ABSQVE PRÆSIDE,  
AD SVPREMO<sup>S</sup> IN VTRQVE  
JVRE HONORES, AC PRIVI,  
LEGIA DOCTORVM  
CAPESSENDA,  
DEFENSVRVS EST  
**Traugott THOMASIVS, LIPSIENS.**  
DIE XVI. AVGUST. MDCCXXXI.

LIPSIAE, LITTERIS BREITKOPF& SÖHNE